ΟΡΘΟΤΟΝΙΑ,

Seu

TRACTATVS DE TONIS IN lingua Græcanica,

Illius linguæ studiosis apprimè utilis;

Et in illorum usum in duos libros digestus;

Scriptus per R. F. *in sacra Theologia Baccalaureum,*

Et nunc secundùm in lucem editus.

LONDINI,
Excudebat AVG: MATHEVVS pro
Gulielmo Sheres. 1633.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

REVERENDISSIMO
in Christo Patri ac Domino D.
IOHANNI WILLIAMS, Episcopo *Lincolniensi*, Regiæ Majestati à secretioribus consiliis,
χάεις καὶ εἰρήνη πληθυνθείη.

Amplissime Præsul,

EDidi ego, si placet, fœtum hunc ante sexennium, sed in usum & conspectum uniustantũ adolescentuli, tum Academici, ἀνεψιοῦ μου. Et edidi illum tunc, sic, ut ursa solet suum, parvulum, informem. Nuper duorum πολλῶν

 causâ,

causâ, partim verò & meâ (recreandi scilicet à graviorib⁹ studijs) lambi in formam, licèt non tam perfectam. Sic formatum verò videt fortè vir omni literatura insignis. Is suadet, ut iterũ lambam, exemplis instruam, instructum in lucem & conspectum omnium edam. Hinc (magni enim æstimo illius tam prestantis viri tum suasum, tum judicium) iterum iterúmq; totum lambo, exemplis instruo, eíque, quam potui, cùm appositissimis, tum selectissimis. Posterius verò eò libentiùs, ut, quemadmodum in sole ambulãtes, licèt non eâ causâ ambulent, tamen soleant colorari, ita pueri & adolescentuli hunc

hunc libellum pervolutãtes, etsi tantùm Orthotonię Græcæ ergô id faciant, tamen unâ etiam in ipsa lingua proficiant. Hoc autem dum præsto, video excrescere ulteriùs, quàm volebam: video, si pergerem sic omnia exemplis illustrare, scripturum me non, quod instituebam, κύκλιδάειον, sed κύκλον: video denique lectori me fore non mediocri tædio. Hinc reprimo me: undè licèt primò sim exemplis forsàn profusior, quàm alliqui vellent, posteà sum (præsertim in capitibus alioqui longioribus) parcior quàm fortasse aliqui cuperent.

Hæc ἀπολογίας loco, tum quòd τοιάδε scripserim, tum quòd πίως

Et quidem παπὶ ἐκ μέσου μα, non dubito, quin excusent. In totum verò fortasse non excusant, cùm præsertim et ætate πρεσβύτης, & munere πρεσβύτερος παιδὶ meditatus sim.

Hîc igitur, reverendissime antistes (ignosce audaciæ) tuum imploro patrocinium. Eò verò cõfidentiùs imploro, quia, quanquam cum laude summa διοικήσει tuæ præsides; tamen non ijsdem, quibus illa, terminis cõtinentur cogitationes tuæ: sed tu in sempiternã tui memoriam cogitas & alia, tu & scholastica cogitas, cogitas Academica; idque ita, ut non modò literarum Grecarum (quanquam & illarũ) sed etiam omnis bonæ literaturæ patronũ pub-

publicum te esse palàm profes-
sus sis. Quid enim aliud sibi vo-
luit singularis tua cura de Græ-
cæ linguæ cathedra apud Can-
tabrigienses professore egregio
ornanda? Quid aliud sibi volunt
reditus, quibus scholares, quibus
socij & nunc aluntur, & in om-
nem posteritatem alendi sunt, à
te donati, & in perpetuum con-
firmati? Quid bibliothecę mag-
nificentissimæ immensis sump-
tibus à te tùm extructæ, tum li-
bris omne genus exquisitissimis
magìs magísque ad hunc usque
diem instructæ? Denique quid
aliud sibi volunt et alia plurima,
quæ partim peregisti, partim in
mente, in manibus habes pera-
genda?

Quocircà, reverendissime in Christo Pater, dum lucubratiunculæ istæ prodeunt in lucem, hominúmque oculos, manus; authori, obsecro, sub alis tuis latere liceat. Vtcunque, Deus Opt. Max. te tantum Ecclesiæ suæ & lumen & columen sub alis suis diu conservet in terris, et tandem in æternum coronet in cœlis.

Amplitudini tuæ

devotissimus,

R. FRACKLIN.

CHA-

CHARISSIMO
meo amico & vicino,
Mro FRANCKLIN.

OPinor, me nihil omisisse eorum, quæ in scripto, quod mihi relegendum tradidisti, operâ meâ viderentur indigere: aut, si omisi, non ego accusandus, sed quæ ita me occupatum tenuerunt nuper, negotia, haud unius generis, ut isti tuo vix manum admovere, nisi horis subreptitijs, sinerent.

De scripto ipso, si vis, ut proferam

Quocircà, reverendissime in Christo Pater, dum lucubratiunculæ istæ prodeunt in lucem, hominúmque oculos, manus; authori, obsecro, sub alis tuis latere liceat. Vtcunque, Deus Opt. Max. te tantum Ecclesiæ suæ & lumen & columen sub alis suis diu conservet in terris, et tandem in æternum coronet in cœlis.

Amplitudini tuæ

devotissimus,

R. FRACKLIN.

CHA-

CHARISSIMO
meo amico & vicino,
Mro FRANCKLIN.

OPinor, me nihil omisisse eorum, quæ in scripto, quod mihi relegendum tradidisti, operâ meâ viderentur indigere: aut, si omisi, non ego accusandus, sed quæ ita me occupatum tenuerunt nuper, negotia, haud unius generis, ut isti tuo vix manum admovere, nisi horis subreptitijs, finerent.

De scripto ipso, si vis, ut proferam

ram sententiam meam, sic paucis habe: utile est, eruditum est, & ut in re suâ naturâ aliquantulùm perplexa, valdè perspicuum. Facili enim methodo, crebrisq; transitionibus hoc ubique obtines, ut non habeat vel fastidiosus lector, de quo conqueratur. Porrò in exemplis colligendis eum adhibuisti delectum, ut rarò cites aliquid ex præstantissimis auctoribus (Tales enim maximè tibi videntur esse familiares) quod non γνώμην aliquam insigniorem, aut admonitionem de re aliqua salubriorem in se contineat. Quòd si qui poëtarum Græcorum lectione, Homeri imprimis, delectentur (quales sunt quàm plurimi) ij, si me audient, tuum de to-

nis

nis libellum sibi primo quoque tempore comparabunt, quò illo, tanquam Ariadnes filo, in dialectorum vix meabili labyrintho dirigantur. Quod enim alij pro παρέργῳ habuêrunt, et obiter duntaxat attigêrunt, tu, ὡς ἔργον, excolendum tibi atque ornandum sumpsisti, non rejiciens in calcem alicujus libri, quæ de tonis dicenda habuisti, sed integrum de hoc argumento librum conficiens. Me librum tuum legendo nonnihil profeciſſe lubenter profiteor: & quod mihi profuit, alijs profuturum etiam confido. Quocirca doctiſſime amiciſſimèque vir, si hoc mihi concedis, ut aliqua apud te sim authoritate, ne dubites doctorum oculis dignum

dignum opus luce publica donare, quò lucerna tua non ſub modio diutiùs lateat, ſed luceat (ſicut par eſt) ſuper candelabrum. Septemb. 21. 1629.

Tui amantiſsimus

Joh. Boiſius.

GRA-

GRAVISSIMO VIRO
mihique amicissimo M^o
FRANCKLIN.

Clarissime vir,

QVantùm mihi licuit per negotia, quæ mihi incumbunt, quotidiana, legi diligenter hunc tuum fasciculum myrrhæ: quò manifestè monstras, te in illius linguæ peritia excellere, quam multi nunc dierũ ambiunt, pauci assequuntur. Ede bonis avibus hunc Minervæ tuæ fœtum, in se satis compendiosum, at fructu ingentem. Ede, aut ego te dicã & famæ tuæ deesse pariter & Reipùb. literariæ invidere.

Raptim à Trinitatis Collegio calendis Iunij 1629.

Tui amantissimus
Robert. Crittonus,
Græcæ linguæ Professor.

INTIMO MEO Amico & vicino Mro FRANCKLIN.

QVin prodi, tandem prodi : tua nota facultas
Cedro digna loqui, ſcribere digna cedro.
Eſt opus eximium, quod nunc facis : & tibi cuncta
Debebit grates reddere Graca cohors.
Sed tibi tractatus multi multò meliores,
Qui decorare queant pulpita, prela, ſcholas.
Sunt, ſunt, nota loquor ; timeis monumenta futuro
Quæ proſint ſeclo, talia, tanta dabis?
Pulpita cùm te jam plùs quàm ſex luſtra celebrem

Reddi-

Reddiderint, reddant prelâque te celebrem.
Te Christus plùs quàm duodena prole beavit:
Christicolas calami prole beato tui.
Cunctatus nimis es: tondenti candida barba
Cùm cadit, hoc dicit, Fac citó. Plura cupis?
Hoc Deus, hoc homo vult, hoc ille tuissimus: istoc
Maturè cunctis, quaso, labore place.

Tuissimus, inquam,

Robert. Kidsonus.

Lectori χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Mnium linguarum, quæ unquam fuerunt, sunt, aut erunt, Græcam multò copiosissimam esse nemo, opinor, doctus dubitat. Ex omnibus tamen, quæ occurrunt in lingua tam copiosa, vocibus ne una quidem est (decem & septem si excipias) quin accentum suum, quo, quasi veste, induatur, habeat. Imò & ex illis ipsis (quas dixi) septendecem aliquæ aliquo in loco, aliqua in significatione tonum suum & habent & induunt. Sunt quidem nonnullæ, quæ, quanquam habeant tonum, quo vestiantur, suum; tamen eam in præcedentem dictionem inclinandi miram quandam habent inclinationem, eam scilicet, ut, nisi inclinent, pleræque plerumque eum prorsus amittant. Quæ verò tonum pictum

pictum & habent & retinent; illæ ipsæ (præsertim quæ variantur) non omnes semper habent eundem tonum, aut super syllabam eandem: sed nunc hunc, nunc illum, nunc super hanc, nunc super syllabam illam. Numeri, casus, modi, temporis, personæ varietas mirè variat & tonum & locum toni. Vtrumque etiam mirificè variat syllabarum quantitas, contractio, literæ vel syllabæ cùm adjectio per Prosthesin, Epenthesin, Paragogen, tum ablatio per Aphæresin, Syncopen, Apocopen. Denique ipsius dialecti, significationis varietas tonum, toni locum mirè variat.

Iam verò hæc omnia cùm ita se habeant, quæ voces nudæ relinquendæ sint, quæ vestiendæ, &, quæ vestiendæ sunt, quomodo & ubi, si quæris, hoc est, quod in hoc βιβλίῳ enucleare & quasi ad vivum resecare (quoad ejus fieri potuit, & in libello) conatus sum.

Causas si quæris, præcipuæ hæ sunt: Primò sæpiùs vidi non modò puerōs in schola Grammatica, sed & juvenes in Academia (vt non dicam viros) Græcam linguam alioqui admodum callentes, tamen in loquendo, præsertim scribendo, quod ad tonum attinet, fœdè hallucinari. Secundò, huic morbo

medicinam ut adhiberent, cùm multi calamo manum admoverint, omnes, quos mihi videre contigit, id sic præstitêrunt, ut, etsi eis gratias agam, & eorum operâ in hoc opere me adjutum esse non negem: tamen audacter affirmem, præstari id posse in permultis, etiam ad doctrinam quod attinet, multò perfectiùs, penè in omnibus ad intelligentiam & memoriam multò accommodatiùs.

Quid est igitur? Egóne jam tandem subtrahendo, addendo, meliùs componendo, aptiùs disponendo paravi tibi medicamina efficaciora? Sanè sunt, qui ita censent. Quid sentiant inter alios duo viri, Græcæ linguæ columnæ, hic per Academiam, vel potiùs hanc totam insulam, ille doctissimis suis in Chrysostomum annotationibus per totum Christianum orbem celeberrimus, ipse jam * vidisti

In Epistolis ipsorum præcedentibus.

Qualia, qualia sunt, nunc tibi in manibus sunt: si arrident, utere, fruere.

Dat. Elsworthiæ 13 Calendas Decemb. 1629.

Tuus R. F.

AD LECTOREM.

AD mare ſi neſcis, certò tibi quà ſit eundum,
Amnem quære, viæ dúxque ſit ille tuæ.
Græcos ritè tonos ſi neſcis pingere, parvum
Pingendi ritè hunc volve, revolve librum.
Ille quidem certus dux eſt, dux certus & iſte:
Tardè ille ad metam ducet, at iſte citó.
Iſte, tonus quando non eſt, quando eſt, ubi, qualis
Pingendus, plenè perſpicuéque docet.
Vtque tonos plenè doceat, docet & dialectos
Sic, ut & has unó ſcire labore queas.
Pleraq; et exemplis illuſtrat talibus, ipſam

Vt linguam juvet, ut mentem animúm-
que juvet.
Quid plura? Est liber hic perparvus mo-
le, sed ingens
Fructu: tu fructum carpe legendo li-
brum.

Per authoris * ἀνεψιὸν

Franciscum Hobman.

* *Licèt non illũ, qui primam scribendi ansam ei præbuit.*

SVMMA CAPITVM LIBRI PRIMI.

CAP. I.

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ definitio & partes.

CAP. 2.

Accentus quid sit, quæ ejus species, & in quas & quales cadant syllabas.

CAP. 3.

Accentus gravis quando pingatur, quando non.

CAP. 4.

Quæ dictiones tonum pictum habeant, & quæ ex se non habeant.

CAP. 5.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum non habentibus.

CAP. 6.

De encliticæ vocis definitione, & de nominibus encliticis.

CAP. 7.

De encliticis pronominibus.

CAP. 8.

De verbis encliticis.

CAP. 9.

De encliticis adverbijs.

CAP. 10.

De encliticis conjunctionibus.

CAP. 11.

De vocum encliticarum accentus sui inclinatione.

CAP.

CAP. 12.

De encliticarum amissione accentus per non-inclinationem.

CAP. 13.

Accentuum ratio pro syllabarum quantitate.

CAP. 14.

Accentuum ratio in contractione.

CAP. 15.

Accentus ratio in voce, cui contigit Prosthesis.

CAP. 16.

Accentus ratio in vocabulo Epenthesin passo.

CAP. 17.

Accentus ratio in dictione Paragogen passa.

CAP. 18.

Accentus ratio in dictione passa Aphæresin.

CAP. 19.

Accentus ratio in voce Syncopen passa.

CAP. 20.

Accentus ratio in dictione, cui accidit Apocope.

SVM-

SVMMA CAPITVM LIBRI SECVNDI.

CAP. 1.

De accentibus articulorum.

CAP. 2.

Accentuum ratio in omnibus casibus cùm nominum substantivorum, tum quorumcunque adjectivorum, excepto recto singulari.

CAP. 3.

De accentu fœminini & neutrius generis in recto singulari adjectivorum omnium.

CAP. 4.

De accentu generis masculini in recto

cto singulari adjectivorum comparativi & superlativi gradus.

CAP. 5.

De accentu recti singularis in nominibus substantivis, & masculini recti in positivo gradu adjectivorum.

CAP. 6.

De accentibus pronominum.

CAP. 7.

Accentuum ratio in omnibus personis verborũ omnium, cùm simplicium tum compositorum, excepta secunda singulari in modo imperativo, & prima singulari in modis reliquis.

CAP. 8.

De accentu secundæ singularis modi imperativi, & primæ singularis reliquorum modorum in verbis simplicibus.

CAP. 9.

De accentu secundæ singularis modi impe-

imperativi, & primæ singularis modorum reliquorum in verbis compositis.

CAP. 10.

De accentibus temporum modi infinitivi in verbis omnibus tum simplicibus tum compositis.

CAP. 11.

De accentibus participiorum.

CAP. 12.

De accentibus præpositionum.

CAP. 13.

De accentibus adverbiorum.

CAP. 14.

De accentibus conjunctionum.

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ

Liber primus.

De natura & ratione accentus in genere.

CAPVT 1.

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ *definitio & partes.*

1 Ὀρθοτονία est prosodiæ pars de tonis seu accentibus.

2 Ὀρθοτονίας in lingua Græca partes duæ: una de natura & ratione accentus in genere; altera de tonis singularum orationis partium in specie.

CAPVT 2.

Accentus quid sit, qua ejus species, & in quæ

quas & quales cadant syllabæ.

Accentus est, quo syllaba in dictione elevatur aut deprimitur, [a] aut elevatur simul & deprimitur.

2 Est autem triplex: acutus, gravis, circumflexus.

3 Acutus ab imo obliquè ascendit instar sagittæ surgentis, ut ´.

4 Gravis à summo obliquè descendit instar sagittæ cadentis, ut `.

5 Circumflexus ex utroque compositus utrumque refert, perfectè quidem in lingua Latina, ut ^; ex parte etiam in Græca, ut ~.

6 Acutus elevat syllabam quam afficit, gravis deprimit, circumflexus [b] elevat pariter & deprimit,

7 Acutus cadit in [c] syllabam antepenultimam, penultimam & ultimam, ut in eleganti illo *Menandri* versiculo, Φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. i. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

8 Circumflexus cadit tantùm in penultimam & ultimam: ut Hesiodus. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. i. *Ante virtutem dij sudorem posuerunt.*

[a] *Hoc per multi Grammatici omittunt, sed sine dubio perperam.*

[b] *Sic & Verzara & Sylburgius, & procul dubio rectè, quanquam tonum hunc nos Angli in pronuntiando vix aut assequimur, aut forsan possumus. assequi.*

[c] *In syllabam, inquam, licèt interdum quidem duntaxat (per signum vocalis rejectæ) subintellectam.*

Nota verò hic.

Vocem cum [d] enclitica compositam non haberi in ratione accentuum pro unica dictione, sed duabus. Sic nec τινὸς (cujuscunque) pro unica habetur, nec οὗ-τινα, ἄ-τινας, ὧ-τινι. *Vide hujus libri caput* 18.

[d] *Quæ voces sint encliticæ, vide caput* 6, 7, 8, 9, 10.

τινι (cuicunque) nec ὅτισι (quibuſcunque) nec τοῖσδε (his) ideóque nec (quod Poetæ pro eo per Paragogen dicunt) τοῖσδεσι, aut τοῖσδεσσι, aut ulla ejuſcemodi.

[a] De enclitico δε. vide c. 10. articulo 3.

9 Gravis in omnibus ſyllabis ſubintelligitur, quibus nec acutus inſidet, neque circumflexus: ùt in voce βατραχομυομαχία (ranarum & murium prælium) omnes ſyllabæ gravantur præter χι.

10 Vocabulum in ultima ſyllaba tonum ſuum pictum habens, non circumflexum, naturâ illam acuit.

11 Vocabulum, in ultima ſyllaba acutum, appellatur ὀξύτονον, acutitonum. Acutum in penultima dicitur παροξύτονον, καὶ βαρύτονον, penacutum & gravitonum. Acutum in antepenultima vocatur προπαροξύτονον καὶ βαρύτονον, antepenacutum & gravitonum.

12 Vocabulum verò in ultima ſyllaba circumflexum, vocatur περισπώμενον. Circumflexum in penultima dicitur περισπώμενον καὶ βαρύτονον.

13 Acutus & gravis cadunt in ſyllabam brevem & longam: ùt

Phocylides. Λαὸς πυρὶ καὶ ἀνέμῳ καὶ ὕδατι πάντα πέφυκε. i. *Populus, igniſque & aqua ſunt omnia ejuſmodi, ut non poſſint contineri.*

14 Circumflexus cadit duntaxat in ſyllabam naturâ longam.

Hîc verò duo nota.

Primò nota.

Syllabam eſſe naturâ longam, quæ in ſe complectitur

vel

[a] *In ratione accentuum sunt diphthongi breves. Vid. c. 13. in nota generali 1.*

vel { [a] Diphthongum longam.
Longam vocalem.
Vocalem communem (ut *a, ι,* vel *υ,*) aut { sine positione / (si & positione) non sola positione } } productam.

Nota secundò.

Quare vocalis communis vel extra positionem in aliquibus dictionibus semper producatur, vel in positione non solâ positione longa censenda sit, ex optimo magistro usu eam circumflectente intelligi. Hinc usu duce alpha in μᾶλλον, πρᾶγμα, πρᾶξις circumflectimus, cùm in ἄλλον, πάγμα, πάξις non circumflectamus.

CAPVT 3.

Accentus gravis quando pingatur, quando non.

1 ACcentus gravis nunquam pingitur, nisi in syllaba ultima, nec in ultima, nisi quando acutus in eam cadens vertitur in gravem.

2 Omnis autem acutus finalis (exceptis tantùm tribus locis) vertitur in gravem: ut *quinquies in illo uno Theognidis hexametro,*

Οὐδὲν θαυμαστὸν, Πολυπαίδη δὲ ἔδεξε γὰρ ὁ Ζεὺς, &c. i. *Nihil mirum, Polypæda (si non placeam omnibus) Neque enim Iupiter, &c.*

3 Excipiuntur verò (ùt dixi) tres loci: quippe in quorum singulis acutus finalis remanet non conversus in gravem.

4 Primus locus est membri aut periodi finis: ùt αὐτός. αὐτόν. Πᾶς γὰρ ἦς; Pythagoras. ——— Πάντων δὲ μάλιστ' αἰσχύνεο σαυτόν. i. *Reverere verò supra omnes teipsum*, i. *conscientiam tuam.*

5 Secundus locus est ante [a] encliticam in eodem membro, aut periodo eadem non retinentem accentum suum: ut ἄδικόν ἐστι. Diphilus. Βίβλιον ἄδικόν ἐστιν ἐν θνητῷ βίῳ. i. *Nihil firmum est in mortali vita.*

[a] *De encliticis vide c. 6. & 8.*

Sed dixi, non retinentem. Nam si enclitica tonum retineat, tum acutus in eadem sententia eam præcedens vertitur in gravem: ùt κακός εἰ.

Epictetus, si Stobæo credimus Εἰ βέλει ἀγαθὸς εἶναι, πρῶτον πίστευσον, ὅτι κακός εἶ. i. *Si vis esse bonus, primò crede, quòd es malus.* *De enclitico vide c. 8.*

6 Tertius locus est in interrogativo τίς & τί: ùt Theognis & Solon. ——Τίς ἂν χορτάσειεν ἅπαντας; i. *Quis satiaverit omnes?* Pindarus. Pyth. idyl. 8. Τί δὲ τις, τί δ' οὔτις; Σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωποι. i. *Quid verò est aliquis, quid nullus? Umbræ somnium homines.*

CAPVT 4.

Quæ dictiones tonum pictum habeant, & quæ ex se non habeant.

1 RElIqua præcepta de accentibus in genere



a *Possevin. recenset tantum 12, Bailius tantùm 13, & inter illas unã (nempe τοῦ) quæ in harum numero reponi non debet. Vide exemplum ejus capite 9.*

2 Vna dictio, quotcunque in se syllabas complectatur, unum tantùm accentum pictum habet, nisi & secundus ei ab enclitica proximè sequente appingatur.

3 Omnis verò dictio unum habet accentum pictum, exceptis septemdecem, quæ ex se nullum habent, & alijs quibusdam, quæ ex accidenti habent nullum

4 a Septemdecem, inquam, ex se (id est, suum) tonum pictum nullum habent: videlicet in Articulo quinque, in Præpositione sex, in Adverbio tres, in Conjunctione duæ, & præterea una, quæ modò est adverbium, modò conjunctio.

5 In Articulo, inquam, quinque, videlicet ὁ, ἡ, οἱ,

οἱ, αἱ, & ἁ Doricum tum pro ἥ, tum pro τά.

Exempla.

Ὁ.

Phocylides Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξαμένῳ καὶ ὁ κλέψας. i. *Ambo fures, tum qui recepit, tum qui furripuit.*

Ἡ.

Hesiodus. Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ συμφράσσαντι κακίστη. i. *Malum verò consilium consultori pessimum.*

Οἱ.

Homer. Odyss. ζ. Οἱ πλέονες κακίους πατρὸς δὲ τε παῦροι ἀρείους. i. *Plurimi patre deteriores, meliores pauci.*

Αἱ.

Arist. in Ethic. Αἱ μὲν ἀρεταὶ προαιρέσεις τινές, ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως. i. *Virtutes sunt quædam electiones, aut non sine electione.*

Α᾽ pro ἥ.

Euripid. in Hercu. furen. Α᾽ δ᾽ ἀρετὰ βαίνει διὰ μοχθῶν. i. *Virtus incedit per labores.*

[a] *Dorice pro μόχθων. Vid. lib. 2. c. 5. Sect. 1. artic. 5.*

Α᾽ pro τά.

Archytas Pythagoræus. Τῶν ἀγαθῶν ἃ μὲν αὐτὰ δῶρα δ᾽ αὐτὰ αἱρετά, ἃ δὲ δ᾽ ἕτερον. i. *Bonorum hæc quidem sunt ipsa propter se eligenda, illa verò propter aliud.*

Duntaxat hîc { excipiendum. / notandum. } est partim

Excipe primò.

Quòd cùm usurpantur pro εἴθε, αὖτι, ἔτοι, αὖ του

ſine μὴν vel δὲ, tonum ſuum habent.

Homer. Il. α. —— ἣ γὰρ ἵκανε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν. i. *Hic enim venit ad celeres naves Achivorũ.*

Excipe ſecundo.

Quòd ὅ, cùm neutraliter uſurpatur pro τοῦτο, veſtitur etiam tono ſuo.

Il. χ. Πάτροκλον κλαίωμεν· ὃ γὰρ γέρας ὀφρ' ἀνύοντων. i. *Patroclum deploremus. Hoc enim decus (ſeu hic honor) eſt defunctorum.*

Sed tum eſt neutrum genus articuli præpoſitivi per Aphæreſin literæ τ.

Nota.

Ὅ accentu indutum ſonare etiam interdum *quod*, interdum (ùt Il. α.) *qui*, interdum (ùt Il. π.) *quia*. Sed in nulla harum omnium ſignificationum eſt articulus præpoſitivus, quo de nunc agitur. Sed in prima eſt neutrum genus articuli ſubjunctivi; in ſecunda eſt ejuſdem maſculinum genus per Apocopen literæ ς; in tertia eſt conjunctio pro [a]ὅτι per Apocopen ſyllabæ τι. *Vide c. 20.*

6 In Præpoſitione etiam (ùt dixi) quibus tonus ſuus nullus eſt, ſex ſunt, nimirum εἰς, ὲκ, ἐν, & ἐξ, Atticum pro εἰς, ἐξ ante vocalem pro ἐκ, εἰν Poeticum pro ἐν.

Exempla.

Εἰς. Phocylides. Ἄστεγον εἰς ὅικον ἀξεαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει. i *Tecto deſtitutum in ædes recipito, cæcúmque manu ducito.*

Ἐκ. Theognis. Οὔτι γὰρ ὲκ σιάλης ῥόδα φύεται, ἠθ' ὑάκιν-

ὐάκινθος. i. *Neque enim ex squilla nascuntur rosæ, neq; hyacinthus.*

Idem. Ε'ν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετὴ ἔστι. i. *Iustitia in se se virtutes continet omnes.* Ε'ν.

Phocylides. Τὸ ξίφος ἀμφίζωσαι μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ὑπὲρ ἀμυναν i. *Gladio accingere non ad occidendum, sed ad defendendum.* Ε'ς.

Idem. Ἐργάζου μοχθῶν, ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς. i. *Operare & labora, ut ex proprio vivas.* Ε'ξ.

Theocritus Idyl. 16. Ὄφελες καὶ εἰν Ἀΐδαο καχευμολπὸς ἐσθλὸς ἀκούσῃς. i. *Vt etiam post mortem bonus prædiceris.* Εἰν.

Duntaxat excipe.

Quòd ἐξ in fine versus, ùt & periodi induitur tono.

Theocr. Idyl. 25. ——— Οὐ σέ γα φημὶ κακῶν [a] ἔξ. Ἐμμεναι. i. *Non te ex malis natum esse statuo.* [a] *Sic habetur in plerisq; codicibus.*

7 In adverbio etiam voces tales tres sunt, scilicet ὅς, & pro ὅ ante vocalem tenuem ὅκ, ante aspiratam ὅχ.

Exempla.

Phocylides. Οὐ φθονέει μείων πολὺ χρείοσσιν ἠλίου αὐγαῖς. i. *Non invidet luna solis radijs, licèt suis sint multò præstantiores.* Οὐ.

Odyss. ϖ ——— Θεόθεν δ' οὐκ ἔστ' ἀλέασθαι. i. *Fieri non potest, ut quis fugiat à Deo.* Οὐκ.

Odyss. χ. Οὐ θέμις ἐστὶν κλαυθμοῖσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἐυχετάασθαι i. *Non est fas interremptis viris insultare.* Οὐχ.

Duntaxat hîc excipiendum est { Primò. Secundò.

Excipe igitur primò,

Quòd ante punctum ἑ plerumque tonum induit: ut sæpenumerò apud Platonem, Πῶς ἔχει; *Quid agit?*

[a] *Semper inquit Possenius Non vellé.*

Sed dixi *plerumque*. Nam [a] non semper.

Epictetus. Νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ἑαυτῆ. Χώλανσις σκέλους ἔστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ ἔ. i. *Morbus corporis est impedimentum; electionis verò non est, nisi ipsa velit. Claudicatio pedis est impedimentum, electionis verò non item.*

Secundò excipe,

Quòd ante punctum plerumque etiam habent tonum suum ἐκ & ἐχ.

Theocr. Idyl. 4. Οὐκ ἄλλ' Αἴγων. i. *Non: verùm Ægonis.*

8 In conjunctione item sunt, ut dixi, duæ: nimirùm εἰ, & Doricum αἰ pro εἰ.

Exempla.

Εἰ. Phocylides. Εἰ δέ τις ἔ δεδάηκε τέχνιν, σκάπτοιτο ἀκάλλη. i. *Si quis artem non didicerit, fodiat ligone.*

Αἰ. Archytas Pythagoræus. Ὃ ἔχων τιὼ ὄψιν, αἰ μὴ ἔχει φῶς, ἐκ ὄψεται. i. *Qui visum habet si lucem non habeat, non videbit.*

9 Præterea una vox est tono suo picto carens, quæ

quæ est modò adverbium, modò conjunctio; scilicet ὡς.

Exempla.

Odyss. ϛ. Ὡς αἰεὶ τὸ ὁμοῖον ἄγει θεὸς εἰς τὸ ὁμοῖον. i. *ut semper similem ducit Deus ad similem.* Ὡς adverbium.

Pythagoras. —— Γνῶθι μὲν ὡς θνητὸν πάντας ἔπεσθαι. i. *Scito quidem, quòd omnibus destinatum est mori.* Ὡς conjunctio.

Duntaxat de ὡς adverbio excipe primò,

Quòd, cùm immediatè præponitur puncto, sortitur tonum pictum: ùt Il. γ. πέλεκυς ὡς, *tanquam securis.* Il. ο. κύων ὡς, *tanquam canis.*

Secundò,

Quòd idem etiam facit, cùm usurpatur pro ὥστε, sic.

Odyss. ω. Ὡς εἰπὼν ὄτρυνε πάρ' Ἀθήνην μεμαυῖαν Ἀθήνη. i. *Sic locutus Minervam currentem (ut aiunt) incitavit.*

Caput V.

De dictionibus ex accidenti tonum pictum nullum habentibus.

1 EX accidenti dictio accentum suum pictum nullum habet, cùm eum vel prorsus amisit, vel in præcedentem dictionem inclinavit.

2 Prorsus autem amittit vox accentum suum pictum vel ex compositione, vel ex Aphæresi, vel ex Apocope, vel (enclitica cùm sit) ex non inclinatione.

3 Ad compositionem quod attinet, cum ex duabus aut pluribus vocibus per compositionem una fit, omnium, præterquam unius, tonus pictus prorsùs amittitur; quia uni voci[a] unus tantùm est suus & proprius, ùt χεῖρ, χαπαχεῖρ· καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκἀγαθός.

[a] *Vid. c. 4. Artic. 2.*

Menander. Τὸ γὰρ κατασχεῖν ὅστις ἐστὶν ὀργὴν πόνος. i. *Iram enim continere labor est.*

4 Quomodò ex Aphæresi dictiones tonum suum pictum prorsus amittant, vide caput 18 in exceptione à duabus prioribus regulis.

[b] *Extraordinariè quidē et aliæ, vid. c. 18. regula 2. exceptione 1.*

5 Quomodò ex Apocope, vide caput 20 in regula prima.

6 Per non-inclinationem prorsus amittunt tonum suum pictum, ùt & [b] ordinariè inclinant solæ encliticæ: de quibus in capitibus nunc sequentibus.

Cap.

CAPVT 6.

De enclitica vocis definitione & de nominibus encliticis.

1 ENclitica vox est, quæ tonum suum pictum in præcedentis dictionis syllabam ultimam inclinat, illam acuens; aut suo prorsus amisso, illa si per se acuatur, etiam in contextu orationis [a] ut non gravetur, sed acuatur, efficit: ùt ὄνθγραμμά ὅτι, *inscriptio est*: ὁδός ὅτι, *via est*.

[a] *Alioqui gravanda. Vid. c. 3. artic. 2. 5.*

Plutarchus. Ἀνάχαρσις ἐρωτηθεὶς πῶς ἂν τις μὴ μεθύσκοιτο, Εἰ, φησιν, ὁρῴη τοὺς μεθύσκοντας, ὅ ἰα ποιοῦσιν. i. *Anacharsis interrogatus, quomodo quis ebrietatem fugeret, Si, inquit, videat, qualia ebrij faciant.*

Hìc φησὶν in εἰ inclinat suum, illam acuens: πῆς, prorsus amittens suum, efficit, ut ἂν in sermonis contextu non gravetur, sed acuatur.

[b] *In omnibus partib⁹ orationis inquit Varennius, præterquam in participijs & articulis.*

2 Voces encliticæ sunt [b] vel in
- Nomine.
- Pronomine.
- Verbo.
- Adverbio.
- Conjunctione.

3 In nomine voces encliticæ sunt
1. πῆς, πῶ indefinita
2. Omnes utriusque casus per numeros omnes: ùt τινὸς, τινὶ, τινὰ, τινὲ, τινοῖν, τινὲς, τινῶν, τοί.
3. pro τινὸς Atticum τεῦ, Dor. τοῦ etiam extra compositionẽ cum articulo subjunctivo.
4. pro τινὶ Dor. τῷ
5. in compositione τίῳ, τέων, &c.

[c] *Non recte. Nam non in præpositione.*

[c] *Vt* ὅτεῳ, ὅτεων. *Vid. c. 13. regul. 1. una cum nota in eadem.*

Exempla

Exempla aliquot

Τίς.

Hesiodus. Δώτῃ μὲν τίς ἔδωκεν, ἀδώτῃ δ' οὔτις ἔδωκε. i. *Danti quis dedit, non danti nemo dedit.*

Τί.

Pythagoras. ——— Ψεύδεος δ' ἰὼν ἐπί τι λέγηται, Πρᾴως ἴσχε. i. *Si quid mendacij dicatur, patienter feras.*

Τινά.

Theognis. Οὔτέ τινα προὔδωκα φίλον κῆ πιστὸν ἑταῖον. i. *Neque quenquam prodidi amicum & fidelem socium.*

Τοῦ.

Aristoteles. Σφόδρα τις, *Vide hoc exemplum capite* 11. *nota* 2. *gradu* 4.

Τεοῦ.

Odyss. τ. Ὡς τέ τεοῦ ἢ ξεινῆος ἀμύμονος. i. *Tanquam alicujus vel inculpati regis.*

Τῷ.

Theognis. Οὐδέ τῳ ἀνθρώπων παραγίνεται, ὅσσ' ἐθέλῃσι i. *Neque cuiquam hominum contingunt, quæcunq; velit.*

Τινέ.

Theocr. Idyl. 12. Δοιὼ δή τινε τώδε μετ' ἀμφοτέροισι γεγένθων. i. *Duo quidem hi invicem juncti fuerunt.*

CAPVT

CAPVT 7.

De encliticis pronominibus.

1 EN pronomine dictiones encliticæ sunt in primitivo { primo. secundo. tertio.

2 In pronomine primitivo primo encliticæ voces sunt μού, μοὶ, μὲ, & Doricum μεύ pro μού.

Exempla.

Μοῦ.

Homerus in Batrachom. Οὐκ ἄν μυ χθαμαλὴν ἀμείνων ἥδε καλίσε. i. *Non iuſſes, peßime, ſuper terram me ſuperior.*

Μοί.

Theogn. Μή μοι ἀνὴρ εἴη γλώσσῃ φίλος, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ. i. *Ne quis mihi verbo ſit amicus, verùm etiam & facto.*

Μέ.

Idem. Ἢ * με φίλει καθαρὸν διὰ θυμὸν νόον, ἢ ἀπόειπών. Ἐχθαίρ. i. *Aut me ſincerè ama, aut erga abnegatum gere te inimicè.*

Μεύ.

Theocrit. Idyl. 2. Φράζεό μεύ τὰ ἔρωθ', ὅθεν ἵκατο, πόντια σελάνα. i. *Dic meum amorem, unde venerit, veneranda luna.*

* *Pronomen igitur etiam poſt conjunctionem diſjunctivam ſe habet encliticè. poſtelius negat: ſed non recte.*

3 In

3 In pronomine primitivo ſecundo encliticæ dictiones

ſunt
- 1 σοῦ. σοὶ. σὲ.
- 2 Ionicum σέο pro σοῦ.
- 3 Dorica τοῦ, τεῦ pro σοῦ. τοὶ, τὶν pro σοί. τύ [a] apototon pro σοῦ. σοῖ. σέ.

[a] *Nam ὺ in recto caſu non eſt encliticum: ſic nec τύ pro σύ. Vid. c. 20. reg. 1. exceptione 2.*

Exempla aliquot.

Σοῦ.

Rom. cap. 8. *v.* 36. ὐτ & Septuaginta in Pſalm. Ἕνεκά [b] σε θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. i. *Tua cauſa morti tradimur totum diem.*

[b] *Pronomen poſt ἕνεκα inclinare negant poſſelius, Bailius, Caninius, &c. Sed errare omnes demonſtrat hoc exemplum.*

Σοί.

Theognis. Ἀμφ' ἀρετῇ τείσῃ, καί σοι τὸ δίκαιον φίλ' ἔσῳ. i. *Virtutem ſectare, tibique juſta cordi ſunto.*

Σέ.

Euripides. Πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε τοῖς κρατοῦσί σε. i. *Contra ſtimulos eorum qui tibi imperant, ne calcitres.*

Σέο.

Theognis. Πῶς δ' σεο, Κρονίδη, τολμᾷ νόος ἄνδρας ἀλιτροὺς. Ἐν ταὐτῇ μοίρᾳ τόν τε δίκαιον ἔχειν; i. *Quomodò vero Iupiter, audet tua mens (i. audes tu, periphraſis) eodem loco injuſtos & juſtos habere?*

Τεῦ.

Τεῦ.

Theocr. Idyl. 5. Οὔ τεὺ ταὶ σύεγγα λαθὼν ἔκλεψε Κομάτας. i. *Comates non clam furripuit fiſtulam tuam.*

Τοί.

Il. α. Καί ποτέ τοι τεῖς τύνα παρέστεται ἀγλαὰ δῶρα. i. *Et aliquādo tibi ter tot aderunt ſplēdida dona.*

Τίν.

Theocr. —— Τί Ν* τιν, εἰ κωπίλαι εἰμές; i. *Quid ad te, ſi garrulæ ſumus?*

* *Sic habetur in pleriſque codicibus.*

Τὺ pro σοῦ vel σοί.

Idem. —— Τέρας κέ τυ θυμὸν ἀπύξαι. i. *Portentum animum tuum percelleret.*

Τὺ pro σέ.

Idem. Εἴθ' ἦ μοι ῥοικὸν τὸ λαγωβόλον, ὥς τυ πατάξω. i. *Vtinam mihi eſſet curvum pedem, quo te percuterem.*

4 In tertio pronomine primitivo encliticæ voces

ſunt in numero

- ſingulari
  - 1 { τέ. / τοί. / τέ. }
  - 2 Doricæ { δί pro τέ. / μίν / νίν } pro τέ.
- duali { σφέ. / & tum { σφωέ / σφωώ } pro σφέ. }
- plurali
  - 1 { σφισί. / σφισίν. }
  - 2 Ionicæ { σφὶ pro σφισί. / σφὶν pro σφισίν. }
  - 3 Ionica vox σφέας.
  - 4 Doricæ { ψέ / μὶν / νὶν } pro σφᾶς.

Exemplo

Exempla aliquot.

Οἳ.

Theognis. ——— Κακὸν δέ' ὅτι ἐδὲν ἔοικα. i. *Malum verò illi (scilicet egestati) nullum simile.*

Εἳ.

Hesiod. Καί νυ πάγ' αὖκ' ἐθέλῃ, ὅπιδ' ἔρκατοι, ἐδὲ ἑλήθει. i. *Et hac, si velit, videt (Deus scilicet) neque eum latet.*

Μίν.

Herodotus in Polymnia. Βασιλῆα μὲν ἀπέδειξεν. i. *Regem eum renuntiavit, scilicet Darius Xerxem.*

Νίν.

Theognis. Τίσαί νιν φεύγοντα μηδεμίαν δίκην. i. *Vlciscere eum, ratione nulla reddita.*

Σφέ.

Theocr. Idyl. 15. Πότνι' Ἀθηναία, ποῖαί σφ' ἐπόησαν ἔριδοι; i. *Veneranda Minerva, quales lanificae ea elaborârunt.*

Σφισί.

Idem Idyl. 22. Ἔνθα πολὺς σφισι μόχθος ἐπίζαμενὸς περ ἐόντων ἀπύχθη. i. *Ibi magnus ipsis labor annitentibus fuit.*

Σφίν.

Theognis. Ὡς σφιν ἐπ' ἐργοισιν πίστις ἔτ' ἐδραία i. *Vt nulla amplius ipsis in factis fides.*

Ψέ.

Theocr. Idyl. 34. Ἦ πού ψε κρύβδην τὰ ποδέωνες ἐκ πάσας ἀμέλγως; i. *Num alicubi eas clam vesperè omnes mulges?*

CAP.

CAPVT 8.

De verbis encliticis.

IN verbo voces encliticæ sunt
1 illæ { εἰμὶ, sum. φημὶ, dico.
2 eorundem verborum cæteræ personæ omnes præsentis indicativi simplices, excepta secunda singulari, & Ionico ἔασι pro εἰσί.
3 in secunda singulari verbi εἰμὶ { εἶ, licèt non εἶς. ἐσσὶ Poëticum pro εἶ.

* *Bailius ait* εἶ *θεωρούμενον non esse encliticum, sed* εἶς *(saltem* εἶ*) cum accentu acuto. Sanè nimis acutè. Nam ubi unquam legit ille aut* εἶς, *aut* εἶς *inclinans? ubi aut* εἶς *aut* εἶ *(pro* εἶς*) cum accentu acuto?*

Exèmpla aliquot.

Εἰμί.

Diphilus. Ἄνθρωπός εἰμι. Τοῦτο δ' αὐτὸ τῷ ζῴῳ φέρουσιν μεγίστων εἰς τὸ λυπεῖσθαι φέρει. i. *Homo sum. Hoc autem ipsum vitæ maximam dolendi causam affert.*

Εἶ.

Poëta. Αἵματός εἰ ἀγαθοῖο. i. *Ex sanguine es bono.*

Ἐσσί.

Iliad. α. Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός τις σοὶ τόγ' ἔδωκε. i. *Si valdè robustus sis, Deus tibi hoc dedit.*

Ἐστί.

Aristot. in Categorijs. Τοῦτο ἔστι χείρονι καὶ μᾶλλον. i. *Hoc est pejore melius.*

Ἐστὶ

Ἐ'ντι Doricum pro ἔστι.

Theages Pythagoræus. Ἀ'ρχὲ κ' αἰτία, κ' χαιρὸν ἐντι τᾶς ἀνθρωπίνας εὐδαιμονίας ἔσσι θείων ὄπι-γνωσις. i. *Principium et causa & worna humanæ beatitudinis est rerum divinarum cognitio.*

Εἰσί.

Xenophon 4. ἔσσι ἀπομνημ. Οὐκοῦν οἵ γε δίκαια ποιοῦντες δίκαιοί εἰσι; Τίνες γὰρ ἄλλοι; ἔφη. i. *An igitur qui justa faciunt, justi sunt? Quinam enim alij? inquit.*

Φησί.

Lucianus. Η' καλή, φησι, λαβέτω. i. *pulchra, inquit, capiat.*

Φασί.

Vocis φασὶ vide exemplum capite 11, in tertio gradu capacitatis.

CAPVT 9.

De enclitieis adverbijs.

IN adverbio enclitica sunt, cum indefinitè sumuntur,

hæc, nimirum

- πότε, aliquando, unquam.
- ποθί, aliquando, alicubi.
- ποῦ, alicubi, circiter, &c.
- πῶς, aliquantum, aliquo modo, forté.
- πῶ, aliquatenus, quodámodo, alicúde, unquã, dũ.
- πῆ, quodammodo, alicubi, aliquó.
- ποῖ, alicubi, aliquò, aliquo modo.

Dorica:
- πόκα pro ποτί.
- πᾶ pro πῆ.

Ionica:
- κῶς pro πῶς.
- κοῦ pro ποῦ.

Exempla

Exempla aliquot.

Ποτέ.

Pythagor. ——— Πρήξῃς δ' αἰσχρόν ποτε μήτε μετ' ἄλλων, Μήτ' ἰδίῃ. i. *Neq; cum alio unquam turpe quid agas; Neq; ſolus.*

Ποθί.

Il. α. Τειπλῇ τετραπλῇ τ' ἀποτίσομεν, αἴκέ ποθι Ζεὺς, &c. i. *Tripliciter quadruplicitérq; compenſabimus, ſi quando Iupiter, &c.*

Ποῦ.

Il. ο. Εἴ πού τε Τρώων ἐξαλάμενος ἄνδρα βάλῃσι. i. *O ſi quem Troïm exiliens ferias!*

Πῶς.

Phocylid. Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μή πως νώνυμος ὄλῃαι. i. *Ne maneas cælebs, ne ſine nomine moriaris.*

Πῶ.

Idem. Οὐ γάρ πω δυνατόν τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον. i. *Non enim ullo modo, quod factum eſt, fieri poteſt infectum.*

Πῇ.

Homerus. ——— Οὐδέ πῃ εἶχεν Ἀμπνεῦσαι. ——— i. *Neque ullo modo poterat reſpirare.*

Ποῖ.

Xen. ἐπεὶ Κύρ. παιδ. α. Ἐν Πέρσαις νόμος ὅδε φιλεῖν συγγενεῖς,

συσχεῖς, ὅταν γε ἴδωσιν ἀλλήλους διὰ χρόνου ἀπίωσί * ποτ' ἀλλήλων. i. *Perse propinquos osculari solent, cùm post aliquod tempus se mutuò viderint, aut à se invicem aliquò discesserint.*

*Quomodo verò inclinat, si (quod vult Bailius) non habet accentū quem inclinet? v.p.6. in marg.

Πόκα.

Theocr. Idyl. 5. ——— Οὐ ποκ' ἐόντα Παῖδ' ἔτ' ἐγὼν ἐδίδασκον. ——— *Quem olim adhuc puerum ego docebam.* Quem

Κῶς.

Tyrtæus. Οὐ γάρ κως θανάτου γε φυγεῖν εἱμαρμένον ὄτιν. i. *Neque enim in fatis est, ut quis mortem ullo pacto effugiat.*

Κοῦ.

Herodotus in Polym. Ἐπίσταταί κου πάντες. i. *Nōsti quodammodo omnes.*

Nota verò.

Illa verba in initio capitis *cùm indefinitè sumuntur.* Nam Enclitica quidem sunt, cùm indefinitè usurpantur: cùm autem interrogativè, non sunt Enclitica.

CAP.

CAPVT 10.

De Encliticis conjunctionibus.

Onjunctiones Encliticæ ſunt

1 { τέ. / κέ. / κέν pro κέ. / Doricum κά pro κέ.

Τέ.

Heſiod. Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἐς τ' αὔριον, ἐς τ' ἔνηθον. i. *Ne differas inque craſtinum, inque perendinum.*

Κέ.

Il. α. Ὅς κε θεοῖς ὀπιπεύθῃσι, μάλα τ' ἔκλυον αὐτέ. i. *Qui dijs obtemperaverit, valdè ipſum audiunt,* i μάλα προθύμως, *benignè, promptè.*

Κέν.

Heſiod. ——— Τὸν μὲν κεν ἐπαινήσειε νοήσας. i. *Hanc quidem (litem) laudaverit ſapiens.*

Κά.

Theocr. Idyl. 11. Αἴκά τις σὺν ναῒ πλέων ξένος ὧδ' ἀφίκηται. i. *Si quis nave vectus hoſpes hùc appulerit.*

2 expletivæ: quales sunt
- γέ.
- Doricum γᾶ pro γέ.
- νύ.
- νωϊ.
- θεν.
- ῥᾰ.
- περ.
- τοι.

Γέ.

Pythagor. Καὶ πρόλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὅπόσα φθόνον ἕξει. i. *Et cave ea facere, quæ tibi invidiam conflent.*

Γᾶ.

Theocr. Idyl. 11. Νῦν αὐτό γα νῆν γειμαθέωμαι. i. *Nunc ipsum natare discam.*

Νύ.

De νύ vide caput 7, in secundo exemplo tertij pronominis primitivi.

Νωϊ & Θεν.

Il. κ. Οὔ θεν Ἕκτορι πάντα νοήματα μητίετα Ζεὺς Ἐκτελέσει, ὅσα πέρ * νων ἐέλπεται. i. *Minimè Hectori omnia cogitata consiliarius Iupiter perficiet, quæ expectat.*

* *Aliqui codices habẽt* νῦν, *circumflectentes syllabam brevem, mendosè.*

Ῥᾰ.

Il. ψ. ——— Ὅ ῥα πάλαι μαχὴς ὅτι κύδεα κείρει Ζεὺς ὑψιβρεμέτης i. *Quoniam omninò pugnæ consilia præcidit Iupiter altitonans.*

Πέρ.

Πέρ.

De πὲρ vide caput 6, in exemplo nominis πί.

Τοί.

Theogn. Πολλοί τοι πλουτέουσι κακοὶ, ἀγαθοὶ δὲ πένονται. i. *Multi mali diteſcunt, boni verò inopia laborant.*

τοί, cùm vel
- adjungitur (pro ὅτι vel ὅς) aut
  - nomini
    - accuſativi caſus, ùt ὅικόνδε, ἀγορὰνδε, domum, ad forum.
    - caſus genitivi, accuſativo ſubſequente, aut ſubintellecto: ùt ἄϊδόσδε, ad Plutonis.
  - Pronomini adjectivo accuſativi caſus: ùt ἡμέτερόνδε, ad noſtrum.
- adhibita in diſtinctione cum μὲν patitur apoſtrophum: ùt ὁ μὲν, ὅδ'. i. *Hic quidem, ille verò.*
- componitur cum articulo præpoſitivo: ùt ὅδε, hic. * ἥδε, hæc, ὅιδε, hi.

* *Vide caput 13, in regula 2, una cum nota 1. in eandem*

Exempla aliquot.

Il. α. Οἱ μὲν κακχείοντες ἔβαν ὅικόνδε ἕκαστος. i. *Hi quidem dormiturientes ibant domum ſinguli.*

Antipater, aliâs Plato. Χρυσὸν ἀνὴρ ὁ μὲν εὗρεν, ὅδ' ὤλεσεν, ὧν ὁ μὲν εὑρὼν Ρῖψεν, ὅδ' οὐχ εὑρὼν λυγδὸν ἔδησε βρόχον. i. *Aurum quidam invenit, alter perdidit: ex quibus ille, qui invenit, abjecit (laqueum, quo periturus erat) qui verò non invenit, collo aptavit laqueum.*

Hesiod. —— Ἀ'γαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. i. *Proinde est autem hæc (contentio) hominibus.*

* *Vide iterum capitis 13 regulam 2, unà cum nota 1. in eandem.*

4 { Δή in compositione cum εἰ vel αἰ: ùt * εἴδε, αἴδε, utinam.
{ ἄν in compositione cum οὐκ, quoties post compositionem negat, & non interrogat: ùt οὐκουν, non, vel non igitur.

Phocylides. Εἴδέ σε μὴ θνητοῖσι φυὲν θῆκεν πῆμα πολεινόν. i. *Vtinam tu (scilicet aurum) non fuisses mortalibus damnum desiderabile.*

Aristophanes in Ran. Οὔκουν καθεδεῖ δῆτ' ἐνθαδὶ χάριν. i. *Non sedebis igitur hîc, helluo.*

CAPVT II.

De Encliticarum accentus sui inclinatione.

ENclitica vox inclinat tonum suum, cùm dictio in eadem clausula proximè præcedens capax est accentus, qui ex inclinatione illi imponendus est.

Duntaxat hîc notentur quinque.

Notetur primò,

Quòd, si dictio proximè præcedens non sit in eadem clausula, sed clausulam priorem claudat, tum Enclitica in eam accentum suum non enclinat.

Notetur

Notetur secundò,

Ad præcedentis dictionis capacitatem quod attinet, ejus esse quatuor gradus.

Gradus primus.

Primus est, cùm acuitur in antepenultima: ùt ἵλεως σοι, *propitius tibi*. χρήματός ὄζι.

Theogn. Πλοῦ πλεῖστε, παντὸς χρήματός ὄζι κάρτος. i. *Omnium rerum est satietas, præterquam divitiarum.*

Gradus secundus.

Secundus est, cùm penultimam circumflectit, & ultimam corripit: ùt σῶμά μου, τοῦτό ὄζι.

Matth. 26. v. 26. Τοῦτό ὄζι τὸ σῶμά μου. i. *Hoc est corpus meum.*

Gradus tertius.

* Tertius est, cùm accentu destituitur, idque

vel quia { nullum habet suum. / aut { prorsus amisit / inclinavit } } suum.

Cùm nullum habet suum: ùt

Il. γ Οὔ τι ἀπόβλητ' ὅπι θεῶν ἐερικυδέα δῶρα. i. *Neutiquam rejicienda sunt deorum præclara dona.*

Οὐ tonum nullum habet * suum. Iade in ipsum τὶ inclinat suum.

Cùm prosus amisit suum: ùt

Aristotel. Ethic. 2. c. 3. Ἰατρεῖαι γάρ πῃς εἰσι. i. *Nam medicinæ quædam sunt, scilicet αἱ κολάσεις, suppliciа.*

* *Hunc Bailius restringit ad vocē monosyllabam, & naturā toni expertem.*

Satis inscitè.

V. excmp. 2. & 3.

** V. c. 4.*

Cùm inclinavit ſuum: ùt

Plato in Cratylo. Σῆμά τινες φασιν αὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς. i. *Nonnulli id dicunt eſſe animæ ſepulchrum.*

* V. c. 12. *Eſt illi notatio nominis σῶμα.*

In priore exemplo dictio τινὲς * prorſus amittit ſuum, in hoc poſteriore inclinat ſuum. In utroque Enclitica ſequens in eam inclinat ſuum.

Gradus quartus.

Bailius addit et quintum gradũ: ſc. cùm utramq; corripit et ſubſequitur enclitica à σφ incepta. Sed quàm rectè ille hoc viderint docti.

Quartus capacitatis gradus eſt, cùm vox præcedens, παροξύτονος exiſtens, penultimam producit & ultimam corripit.

Ariſtot. Ethic. 7. c. 1. Οἱ Λάκωνες, ὅταν ἀγαθῶσί τινα σφόδρα τινὰ, Θεῖός ἀνὴρ, φασί. i. *Lacones, cùm aliquem valdè admirantur, Divinus vir eſt, inquiunt.*

Notetur tertiò.

Quòd, quocunque gradu vox præcedens capax eſt, in eam tamen Enclitica ſequens interdum tonum non inclinat.

Exemplum primi gradus.

Cum vox, Apocopen ſolam paſſa, monoſyllaba non fit, tum, ſi ablata ſit ſyllaba, cui tonus inſedit, tonus retrahitur: ut γλαφυρὸν (*concavum*) γλᾴφυ.

Heſiodus. —— Πυκιναὶς κλιθμῖσι ἔχουσι Καὶ γλᾴφυ πετρῆεν. i. *Denſa latibula incolunt, & concavum (ſeu cavernam) ex ſaxo exculptum.*

Regula 5.

Cùm vox, Apocopen ſolam paſſa, nec monoſyllaba evaſit, nec amiſit aut diphthongum, aut vocalem, cui

cui tonus insedit, tum tonus locum suum retinet, duntaxat pro syllabarum quantitate mutatus, aut non mutatus.

Non mutatus: ut pro ἀπόχεημι (si non potius pro ἀπόχεησι) ἀπόχεη, *sufficit*: σάωσε (sine augmento pro ἐσάωσε) per Apocopen σάω, *conservavit*. Sic pro τέτλαθι, τέτλα, *aude*: pro Ποσειδῶνα Ποσειδῶ, *Neptunum*: pro δάκρυον δάκρυ, *lachryma*.

Mutatus: ut ἔτασε, *vulneravit*, per Apocopen ἔτα.

Il. ω. —— * ἔτα δὲ δουρὶ Νείατον ἐς κενεῶνα. i. *Vulneravit verò* (eum) *hasta Infimis in ilibus.* *Vid. c. 13. Inreg. 2.

FINIS
Libri primi.

ΟΡΘΟΤΟΝΙΑΣ

Liber ſecundus.

De tonis ſingularum oratinis partium in ſpecie.

CAPVT I.

De accentibus articulorum.

IN articulorum caſibus ſingulis qui in vocalem aut diphthongum Grammatici tono veſtiunt in communi eorundem inflexione, eadem aut ſaltem illa, in quam mutatur, ſemper veſtiatur tono, idque eodem, (nec alio, niſi aliunde inclinetur) etiam in dialectis omnibus: ut τῷ Doricè τῶ & τοῦ, Ionicè τοῖο. Τῆς, τῆω, Doricè τᾶς, ταύ. Τοῖν, τοῖς, Ionicè τοῖῖν, τοῖσι.

Duntaxat

Duplex est

I

De articulo { Nota. / præpositivo { Excipe.

Nota,

Quòd ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, quæ in communi illius inflexione nuda relinquuntur, interdum tonum suum induunt. Quandò verò, vide libr. 1. c. 4. articulo 5. in exceptionibus.

Excipe primò,

Quòd mutato accentu Poëtæ pro τῷ dicunt τίῳ, & Æoles pro τῇ fœminino τάων.

Excipe secundò,

Quòd in hoc articulo compositio cum enclitico [a] δε, pro ὅδε, τόδε, τόνδε &c. Attici, cum indicant, dicunt ὅδι, τοδί, τονδί &c.

Aristoph. Ἀλλ' εἶμ' ὅπῃ τονδὶ χὴ πατάξω. i. *Sed hunc adibo & pulsabo.*

[a] *De enclitico δε vi. l. 1. c. 10. ar. 3.*

[b] Ἀντὶ τοῦ ἔστιν ὁ; *inquit Eustathius, scilicet per Syncopen pro* ὅτου. *Sed pace tanti viri, non rectè. Sic etiam apud Homer. pro* οἱ (*sibi*) ἕοι. *vid. c. 6.*

2

De articulo subjunctivo

Excipe primo,

Quòd pro οὗ (*cujus*) Poëtæ per Prosthesin dicunt [b] ὅου. Il. 2. ——— Ὅου κλέος οὔποτ' ὀλεῖται. i. *Cujus fama nunquam interibit.*

Excipe

Excipe ſecundò,

Quòd in hoc articulo compoſito cum πὸς pro ὅπ-ᾳ Attici dicunt ὅτυ, Dores ὅτᾰ, Ioues ὅττο, Æoles ac Poëtæ ὅπεο· pro ὥ τινι Attici ὅτῳ, Ioues ὅτιῳ & ὅτεω· pro ὥ ντινων Attici ὅτιων, Ioues ὁτέων· pro ὅ ιϛισι Ioues ὁτέοισι.

Menander. Η᾽δὺ τ᾽ ἀποθνήσκειν ὅτῳ ζῆν μὴ παρέϛαι, Ὡ᾽ς βούλεται i. *Iucundum emori, cui vivere non licebit, ut libet.*

Caput 2.

Accentuum ratio in omnibus caſibus cùm nominum ſubſtantivorum, tum quorumcunque adjectivorum, excepto recto ſingulari.

Regula 1.

De nominibus ſubſtantivis.

IN nominibus ſubſtantivis tonum recti ſingularis ſequuntur reliqui caſus omnes: hoc eſt, quam vocalem aut diphthongum tonus occupat in recto ſingulari, eandem, aut illam, in quam mutatur, occupat, idque idem tonus in omnibus alijs caſibus numerorum

sherorum omnium: ùt λόγ☉, λόγου, λόγῳ, λόγον, λόγε, λόγω, λόγοιν, λόγοι, λόγων, λόγοις, λόγους, λόγοι. Ἀηδών, luscinia, ἀηδόν☉, ἀηδόνι, ἀηδόνα, ἀηδών, ἀηδόνε, ἀηδόνοιν, ἀηδόνες, ἀηδόνων, ἀηδόσι, ἀηδόνας, ἀηδόνες.

Regula 2.

De quibuscunq; adjectivis.

In adjectivis (sive sint nomina, sive pronomina, sive participia) tonum masculini, fœmnini & neutrius generis in recto singulari sequuntur ejusdem generis reliqui casus omnes: id est, quam vocalem aut diphthongum accentus possidet in recti singularis genere masculino, fœminino, aut neutro, eandem, aut illam, in quam mutatur, possidet, idque idem accentus in omnibus alijs casibus ejusdem generis per numeros omnes: ùt ἀληθής, ἀληθέ☉, ἀληθεῖ, ἀληθέα, ἀληθής, ἀληθέε, ἀληθέοιν, ἀληθέες, ἀληθέων, ἀληθέσι, ἀληθέας, ἀληθέες. Ἡμετέρα, ἡμετέρας, ἡμετέρᾳ, ἡμετέραν, &c. Τυφθέν, τυφθέν☉, τυφθέντι, &c.

Tantummodo ad has duas regulas quod attinet,

Partim { *Illis adde.* / *Ab illis excipe.* / *De illis nota.*

Adde in genere,

Additamentum.

Quatenus licet per accentuum leges generales.

Adde

Adde in ſpecie.

1 Quatenus licet per primi libri capitis ſecundi articulum ſeptimum. Hinc ἄμεινον *(melius)* in recto, ἀμείνονος in genitivo. Accentus manet idem, ſed loco motus, quia ne acutus quidem præcedit antepenultimam.

2 Quatenus per ejuſdem capitis articulum octavum: ùt τὸ πῶϋ, *ovile*, τοῦ πώεος· ποιῆσαν, *operatum*, ποιήσαντος. In utroque exemplo toni locus idem eſt, ſed tonus non idem, quia circumflexus non cadit in antepenultimam.

**Vid. l. 1. c. 13. in nota generali 1.*

3 Quatenus per ejuſdem articulum decimumquartum: ùt ὁ Θωμᾶς, οἱ * Θωμαῖ. ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ Ἡρακλέος. In neutro mutatur locus, in utroque verò tonus, quia circumflexus non cadit in ſyllabam brevem.

4 Quatenus per primi libri capitis decimi-tertij regulam primam: ùt σφίτερος σφετέρα. Tonus manet idem, ſed propter ultimam longam tranſlatus in penultimam.

5 Quatenus per ejuſdem capitis regulam ſecundam: ùt χείρ, χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας ἢ φήμη, αἱ ἢ φῆμαι· τυφθείς & τυφθέν, τοῖς τυφθεῖσι. In omnibus locus idem eſt, ſed propter ſyllabarum quantitatem acutus mutatur in circumflexum.

6 Quatenus per ejuſdem tertiam: ùt τὸ δῶρον *donum*, τὰ δῶρα· τυφθεῖσα, τυφθείσης. Locus idem, ſed propter ultimam longam circumflexus mutatur in acutum.

Hæc ſunt, quæ his regulis addenda erant. Sequuntur ab illis excipienda.

Ab illis autem excipe in { *simplicium.* / *declinationibus tum* { *Contractorum.*

In simplicium declinationibus excipe
1 *in quatuor prioribus simul.*
2 *in duabus prioribus.*
3 *in prima sola.*
4 *in secunda sola.*
5 *in quinta.*

1 *In quatuor prioribus declinationibus simul, ab his regulis.*

Excipe primò.

Quòd, utcunque se habeat rectus singularis, nominativus, accusativus & vocativus duales nunquam θειατῶνται· ut ὁ Θωμᾶς, τὼ ὦ Θωμά· ἡ μνᾶ, τὰ ὦ μνᾶ· ὁ νοῦς, τὼ ὦ νώ· τὸ ὀστοῦν, τὼ ὦ ὀστώ.

Excipe secundò.

Quòd in quatuor prioribus, quoties rectus singularis ὀξυτονεῖται, genitivi & dativi omnes θειατῶνται· ut χριτής, judex, χριτοῦ, χριτῇ, χριτὴν, χριτῆ, χριταῖς. ἐμή, mea, ἐμῆς, ἐμῇ, ἐμὴν, ἐμῆ, ἐμαῖς· ψυχή, ψυχῆς &c. ὀφθαλμός, ὀφθαλμοῦ &c.

Sophocles Ὡς ὄψις ἐν ὀφθαλμῷ, ὁ νοῦς ἐν τῇ ψυχῇ. i. *Ut visus in oculo, sic intellectus in anima.*

Duntaxat

1

In prima declinatione. cùm rectus singularis est ὀξυτονῶ,

ὀξύτονος, genitivus cùm Ionicus tum Æolicus numeri singularis παροξύτονος est: ùt ποιητής, Poëta, genitivus Ionicus est ποιητέω, Æolicus ποιητάο.

* *Hinc Vergara in Grammatica cum ὀξυτονεῖ. Optimè. Caninius tamen περισπᾶ. Pessimè. Varenius duos genitivos vult esse ὀξυτόνους. Non satis. Bailius omnes obliquos, hoc est, præter genitivũ singularem, etiam datìvum, imò & genitivũ & dativum cùm dualem, tum pluralẽ. Ninius: & hoc ille (quod pr sciam) solus, & ex suo (opinor) cerebro, non ex ullo apud authores exemplo.*

2

Tum in prima, tum in secunda, cùm rectus singularis ὀξύτονος est, genitivus pluralis & Ionicus & Æolicus est παροξύτονος: ùt ποιητής, ποιητέων, ποιητάων, genitivus pluralis Ionicus est ποιητέων, ποιητάων, Æolicus ποιητάων, ποιητάων.

3

In tertia, cùm rectus singularis ὀξυτονεῖται, genitivus cùm singularis tum dualis, ùt & dativus tum dualis tum pluralis in dialecto Ionica περισπᾶται. ut ἡ ὁδός, via, τῆ ὁδοῖο, ταῖν ὁδοῖιν, τῆ ὁδοῖσι.

4

In quarta, genitivus singularis nominis ὀξυτόνου est etiam ὀξύτονος: ut ὁ νεώς, templum, ὁ λεώς, populus, ὁ λαγώς, lepus, τῆ νεώ, τῆ λεώ, τῆ λαγώ. Demosthen. περὶ Στεφάνου. Λαγὼ βίον ἔζης δειλὸς, καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγὰς προσδοκῶν. i. Leporis vitam agebas timens ac tremens, & semper expectans ut vapules.

2 *In duabus prioribus declinationibus ab his regulis excipe,*

Quòd, quoties rectus singularis est vel παροξύτονος,

νῶν, vel περιπαροξύτονον, vel περισπωμένων, genitivus pluralis etiam δεσποτᾶν· ut δεσπότης, δόξα, τραπέζα, τυφθεῖσα, τῆς δεσποίνης, δοξῶν, τραπέζων, τυφθεισῶν.

Euripid. Μάστιξι τοὺς δούλοισι δεσποτῶν νόσον. i. *Servi participant morbum dominorum.*

Duntaxat.

1

Genitivus pluralis quatuor nominum substantivorum, nimirum χρήσης, *fœnerator*, χλόνης, *aper*, * ἐτησίαι, *venti Etesiæ*, ἀπύα (alias ἀφύα) *apua*, sequitur regulam de substantivis: ut χρήσων, χλοιώνων, ἐτησίων, ἀπύων,

Aristophan. Τὸ δὲ τύχων, χρήσων τι δυσκολωτάτων. Ἀγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι. i. *Nam abusuris, usurariis, difficillimis agor, feror, bona oppignero, seu, bona mea pignori capiuntur.*

* *Rectus singularis supponitur esse* ἐτησίας, *licèt forsan inusitatus.*

2

Genitivus pluralis quorumcunque adjectivorum fœminini generis, non ὀξυτόνων, oriundorum à masculino declinationis tertiæ, sequitur regulam de adjectivis, intellectam scilicet (ut intelligi debet) cum additamentis: ut ἰδία, ἰδίων, *privata, privatarum*, ἡμετέρα, ἡμετέρων, *nostra, nostrarum*; δία, δίων, *divina, divinarum*; πότνια, ποτνίων, *veneranda, venerandarum.*

Tantum Dores & hujusmodi adjectivorum genitivum pluralem θεαμῶσι.

3

In prima declinatione, cùm rectus singularis παροξυτονεῖται,

* *V. l. 1. c. 13 in excep. 2. à reg. 1.*

ὀξυτονεῖται, genitivus pluralis Ionicus est περισπαροξύτονον· ut πρεσβύτης, *senex*, πρῆς * πρεσβύτεων.

4

Vtcunque se habeat rectus singularis, in secunda declinatione genitivus pluralis Ionicus, in urrâque Æolicus παροξυτονεῖται· ut in secunda, nominum δόξα, πρᾶπις genitivus pluralis Ionicus est δοξέων, πραπίδεων, Æolicus δοξάων, πραπιδάων· in prima nominis δεσπότης gentivus pluralis Æolicus est δεσποτάων.

3 *In prima declinatione sola, à regulis.*

Excipe primò,

Quòd in illa, cum rectus singularis περισπᾶται, genitivus singularis in Ionica & Æolica dialecto* etiam παροξυτονεῖται· ut Ἑρμῆς, *Mercurius*, Ionicus genitivus est Ἑρμέω, Æolicus Ἑρμάω.

* *Sicut cùm rectus ὀξυτονεῖται, p. 68.*

Excipe secundò.

Quòd nominum δεσπότης, *herus*, μητιέτης, *consiliarius*, εὐρυόπης, *latè videns*, vocativus singularis tonum retrahit: ut ὦ μητίετα, εὐρύοπα, δέσποτα.

Multi hic addunt ἀπηξήντα.

Philemon. Οὐκ ἂν δυνατὸν μὴ ἥρωά σε, δέσποτα, Ἄνθρωπον, ὄντ' ἄνθρωπον· ἄλλως βοᾷς. i. *Non poteris, here, non esse homo, homo cùm sis: frustra clamas.*

4 *In*

4 *In ſecunda declinatione ſola, ab his regulis.*

Excipe primò.

Quòd adjectivi μία (*una*) & ejus compoſitorum genitivi & dativi omnes θηλυνοῦνται: ùt μία, μιᾶς, μιᾷ, &c. ἀδικμία, μηδεμία, ἀδικμιᾶς, &c. μηδεμιᾶς, &c.

Sotades, ut eſt apud Stobeum. Ἡμέρας μιᾶς ἀ-λυπία μέγα ὄφελος. i. *unius diei indolentia magnum eſt lucrum.*

Excipe ſecundò,

Quòd adjectiva fœminina, quorum maſculinum eſt tertiæ declinationis, in recto plurali ſequuntur non fœmininum, ſed maſculinum recti ſingularis: ùt ἴδιος, ἰδία, *privatus, privata*; ἡμέτερος, ἡμετέρα, *noſter, noſtra*; λίθινος, λιθίνη, lapideus, lapidea: fœminina in recto plurali, non ἰδίαι, ἡμετέραι, λιθίναι, ſed ἴδιαι, ἡμέτεραι, λίθιναι.

Æſchines contra Timarchum. Αἱ ἴδιαι ἐχθραὶ πολλὰ παύουσι τῶν κοινῶν ἐπιτροπεύσας. i. *privatæ inimicitiæ multa omninò in publicis negotijs corrigunt.*

Duntaxat.

Fœmininum adjectivi μέγας in recto plurali ſequitur non μέγαες, ſed illud, unde formatur, inuſitatum μεγάλος.

Pindarus. Ἀρεταὶ δ' αἰεὶ μεγάλαι πολυμύθοι. i. *Magnæ virtutes ſunt ſemper multorum verborum.*

5 *In ſimplicium quinta, ab bis regulis.*

Excipe primò.

Quòd duo hæc nomina, μήτης, θυγάτης, in omnibus obliquis (excepto vocativo ſingulari) ut & in recto cùm dualí tum plurali, Syncopen ni patiantur, tonum ſuum promovent: ut μητέρ☉, μήτερε, μητέρα, μήτερε &c. θυγάτηρ, θυγατέρ☉ &c.

Odyſ. χ. Ἔνθ' ὄγε θυγατέρας πόρεν ἡᾶσιν ἴδι) ἀκοίτας, i. *Tum ille filias ſuas dedit in uxores.*

Et quòd idem faciunt, quoties παροξύνονται, δηϊότης, *hoſtilitas*, ταχύτης, *celeritas*; quippe eoſdem caſus tono ſemper ſic afficientia, ac ſi ſemper eſſent (ut ſæpè quidem ſunt) ὀξύτονα· ut δηϊοτῆτ☉ &c. ταχυτῆτ☉ &c.

Excipe ſecundò.

Quòd nominum polyſyllaborum in ων vocativus ſingularis in maſculino, fœminino, aut communi genere deſinens in ον tonum retrahit: ut κακοδαίμων, βελτίων, ὦ κακόδαιμον, βέλτιον.

Menander. Ὦ σὺ τρὶς κακόδαιμον, ὅστις ὢν πένης γα-

* *Compoſita à φρὼν in vocativo acuunt penultimam, inquit Bailius. Vix recte. V. l. 1. c. 13 reg. 2.*

μεῖ. i. *O ter infelix, quiſquis pauper exiſtens ducit uxorem.*

Duntaxat.

I

Vocativus nominum compoſitorum à φρὼν non retrahit: ut δαίφρων, *prudens*, παλαίφρων, *æruminarum patiens*, ὦ δαῖφρον, * παλαῖφρον.

Sophocles

Sophocles Τί δ' ὦ παλαῖφεσν;

2

Vocativus nominum Δαχδαλίων, Παλαίμων, Ἰ-κετάων, Μαχάων, Ἀρετάων & substantivi Εὐδαί-μων similiter non retrahit: ut ὦ Λαχδαλίμων, Μα-χάων, Εὐδαίμον &c.

3

Nec in dialecto Æolica ullorum omninò nomi-num in ων vocativus tonum retrahit: ut καχοδαίμων, βελτίων, ὦ καχοδαῖμον, βελτίον.

Excipe tertiò.

Quòd vocativus singularis nominum γυνὴ, *mulier*, δαὴρ, *lever*, ἀνὴρ, *vir*, θυγάτηρ, *filia*. πατὴρ, *pater*, εἰνάτηρ, *fratria*. σωτὴρ, *servator*, Δημήτηρ, *Ceres*, si-militer tonum retrahit: ut ὦ γύναι, δαέρ, ἄνερ, θύ-γατερ, πάτερ, εἰνατερ, σῶτερ Δήμητερ.

Euripides. Μὴ γαύρου, πάτερ. Κύκλῳ γὰρ ἕρπει πᾶ μὲν εὖ, δᾶ δ' οὐκ ἔχει τ. *Ne gloriare, pater. In orbem enim vertuntur: hic habet, ille non habet.*

Duntaxat.

Atticis vocativus semper similis est Nominativo, ut voce, sic & tono.

Excipe quartò.

Quòd in eadem declinatione omnium monosyl-laborum genitivus & dativus singularis, ut & dativus

pluralis ultimam acuunt, genitivus pluralis, ùt & genitivus & dativus duales ultimam circumflectunt: ùt χειὲ, χειρεός· χειρεί· χεῖρσί· χειρεῖν· χειρῶν· χλωὲν ταmus, χλωρός· χλωρῖ· χλωρσί· χλωροῖν· χλωρῶν.

Quódque idem accidit ijsdem casibus dissyllaborum γυνὴ & κύων: ùt γυναικός· γυναικί· γυναικοῖν &c. κυνός· κυνί· κυσί· κυνοῖν· κυνῶν· κυσί.

Phocylides. Ἄρσεσιν ὐκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί. i. *Viros non decet coma, at mulieres decent capilli delicatiores.*

Item quòd id ipsum contingit ijsdem casibus nominum γόνυ, *genu*, & δόρυ, *hasta*, cùm patiuntur Metathesin: ùt γουνὸς γουνί· &c. δουρός· δουρί· &c.

Præterea quòd idem accidit ijsdem casibus nominum μήτηρ, θυγάτηρ, quoties patiuntur Syncopen: ùt μητρός· μητρί· μητροῖν &c. θυγατρός· θυγατρί· &c.

Denique quòd idem usu venit eisdem casibus adjectivorum compositorum ab εἷς & ἓν· ùt ὐδενείς, μηδενὶς, ὐδὲν, μηδὲν, genitivus & dativus non ὐδένῳ. μηδένῳ, ὐδένι, μηδένι, sed ὐδενός, μηδενὸς, ὐδενό, μηδενί· &c.

Vl. l. c. 2. ert. 10. & c. 3. ert 1. & 2. Epictetus. Μηδέποτε ὅτι μηδενὸς εἴπῃς, ὅτι ἀπώλεσα αὐτό, ἀλλ' ὅτι ἀπέδωκα. Τὸ παιδίον ἀπέθανεν; ἀπεδόθη· τὸ χωρίον, ἀφῃρέθη; ἔχουῶ κὰ τοῦτο ἀπεδόθη i. *De nulla unquam re dicas, Perdidi illam, sed, restitui. Puellus mortuus est? restitutus est. Ager sublatus est? Igitur & hic restitutus.*

Duntaxat

I

Genitivum dualem Poëtæ, inserto iota, θεοῖϊν ὠῶν σι, pluralem Iones inserto ε παρεξυτονοῦσιν: ùt ποδοῖν,

ποδῖν, ποδῖϊν, pedum; χειρῶν, χειρέων, manuum.

2

Genitivus pluralis monosyllaborum δᾶς, fax; δμὼς, servus; τρὼς, Trojanus; Σὼς, animal lupo simile; φὼς, homo; κρὰς, caput, sequitur regulas: ut δᾳδῶν, δμώων, τρώων, Σώων, φώτων, κράτων.

Naumachius Πολλῶν χρῆες ἐφόρσαν εὐκλιτα δώματα φώτων. i. *Multorum hominum bene extructas domos anus evertérunt.*

Tantùm Dores & horum genitivum pluralem θειποῦσιν · ùt δᾳδῶν, φωτῶν.

3

Genitivus pluralis etiam omnium monosyllaborum, quorum rectus singularis circumflectitur, sequitur regulas, intellectas scilicet (ut semper intelligi debent) cum additamentis: ùt λᾶς, lapis, λαῶν · φῶς, lumen, φώτων · παῖς, παίδων, πᾶς, πάντων.

Hippothous. Παίδων χρατεῖν δεῖ τὴν νεωτέρων σοφόν. i. *Oportet sapientes, pueros juniores cohibere.*

Tantùm Dores & hujusmodi monosyllaborum genitivos plurales θειποῦσιν · ùt παιδῶν, παντῶν.

4

Dativus pluralis nominis πᾶς regulæ paret: ùt πᾶς πᾶσι, non πασί.

5

Idem etiam facit omnium monosyllaborum dativus pluralis Poëticus · ùt χραὶ χραίτεσι, παῖς παίδεσι, ποῦς πόδεσι, βοῦς βόεσι.

Theocritus Idyl. 16. Μόχρι σιω᾽ χαρχοῖσιν ἐμυκήσαντο βόεσσι. i. *Vituli cum cornutis mugierunt bobus.*

6

Dativus pluralis nominum μήτηρ & θυγάτηρ παροξυτονοῦνται· ὡς μητράσι, θυγατράσι.

7

Nonnullorum monosyllaborum, per contraxionem sic factorum, omnes jam excepti casus interdum regulam sequuntur: ὡς ἦρ (per contractionem pro ἔαρ, ver) τοῦ ἦρος· ἦρι· &c. sed interdum & ἦρος, ἔαρι· &c. Λᾶς (pro λάας lapis) λᾶος· λᾶϊ· &c: sed interdum & λᾶος, λάϊ &c.

Thucidid. Τελευτῶντος τοῦ χειμῶνος ἅμα ἦρι i. *Desinente hyeme, ineunte vere.*

8

Participiorum etiam monosyllaborum casus omnes obtemperant regulæ: ὡς σὰς, σάντος, σάντι, σάντοιν, σάντων, σᾶσι.

9

Omnes etiam casus interrogativi τίς regulæ obtemperant: ὡς τίς, τίνος, τίνι, τίνοιν, τίνων, τίσι.

Excipe quintò.

Quòd in eadem declinatione monosyllabi τὶς indefiniti omnes casus ὀξυτονοῦνται· ὡς τινός· τινί· τινά· τινέ· τινὲς· τινάς· &c.

Duntaxat

Duntaxat.

Attici pro πνὸς, πνὶ dicunt τῦ, τῷ.
Hæc de excipiendis in declinationibus simplicium.

In declinationibus contractorum excipe { 1 *in omnibus simul.* / 2 *in prima* / 3 *in tertia* / 4 *in quarta* } *sola.*

1 *In omnibus simul à regulis Excipe,*

Quòd, utcunque se habeat rectus singularis, casus contracti sequuntur doctrinam de accentus ratione in contractione: de qua lib. 1. cap. 14.

2 *In contractorum prima sola Excipe primò.*

Quòd in illa substantiva polysillaba in vocativo singulari tonum retrahunt: ùt ὁ Ἡ῾ρακλῆς, ὦ Ἡ῾ράκλεες· ὁ Ἀ᾽πολλοφανὴς, ὦ Ἀ᾽πολλόφανες.

Author citatus à Stobæo. Πλουτεῖν φασί σε πάντες, ἐγὼ δέ σε φημὶ πένεσθαι. Χρῆσις γὰρ πλούτου μάρτυς, Ἀ᾽πολλόφανες. i. *Omnes dicunt te divitem esse: ego verò dico, te esse pauperem. Usus enim divitias testatur, ô Apollophanes.*

Excipe secundò.

Quòd idem faciunt & quædam adjectiva polysyllaba:

laba: ὡς ὁ χῆ ἡ συζυγίης, ὦ αὐζυγες.

3 *In contractorum tertia Excipe,*

Quòd in illa vocativus singularis semper circumflectitur: ὡς ὁ βασιλεὺς, ὦ βασιλεῦ.

Quò etiã referendũ est heteroclitum Ζεύς, ὦ Ζεῦ.

Theognis. Σὺν δὲ κράτος πείτων ἔσ' ὑ παντον, βασιλεῦ. i. *Tua verò, ô rex, potentia est omnium suprema.*

Duntaxat

Attici faciunt nominativo similem: ὡς ὦ βασιλεῖς. Quod faciunt etiam cum Æoles tam Dores, sed utriq; utrumq; περοξυτονοῦντες: ut ὁ βασίλεις, ὦ βασίλευ.

4 *In contractorum quarta à regula Excipe primò,*

Quòd in illa vocativus singularis semper etiam περισπᾶται· ut ἡ Λητώ, ὦ Λητοῖ· ἡ Γοργώ, ὦ Γοργοῖ.

Theocrit. Idyl. 15. Γοργοῖ, δὸς τὰν χέρα μοι. i. *Gorgo da mihi manum.*

Excipe secundò,

Quòd in illa Eustathius vult etiam accusativum pluralem semper περισπᾶσθαι· ut ἡ σωφρώ, τὰς σωφρᾶς, non σωφρᾶς.

Hactenus

Hactenus de eis, quæ à regulis erant excipienda. Restant jam notanda quædam.

Nota igitur primò,

Quòd authores, præcipuè Poëtæ, per Metaplasmum mutantes casum (imprimis dativum) secundæ ac tertiæ declinationis simplicium in casum quintæ, tono illum ita afficiunt, ac si descenderet à recto singulari quintæ. Sic pro ἀλκῇ ab ἀλκὴ (*robur*) pro ὑσμίνῃ ab ὑσμίνη (*prælium*) pro μελιχρᾴτῳ à μελίχρατον (*aqua mulsa*) dicunt ἀλκὶ, ὑσμῖνι, μελίχραπ, ac si haberent rectum ἀλξ, ὑσμὶν, μελίχρας.

Nota secundò,

Dores in quintæ declinationis simplicium numero plurali ας finale producere, & inde voces, in communi dialecto προπεπειωμένας & προπαροξυτόνους, in sua *παροξυτονεῖν· ùt communiter πιτνᾶς, αἴαντας, Doricè πιτνάας, αἰάντας. *Secund. l. 1. c. 13. reg. 1. & 3.*

Nota tertiò,

Quòd adjectivi μέγας & μέγα casus ejusdem generis obliqui omnes (præter accusativum & vocativum singulares) ut & rectus cùm dualis tum pluralis sequuntur illum, unde descendunt, rectum inusitatum μεγάλῳ & μεγάλον· ùt μεγάλω, μεγάλῳ, μεγάλω &c.

Pythagoras. Πρᾶτ᾽ε μεγάλα, μὴ ὑπερχόμῳ μεγάλα. i. *Age res præclaras, nihil interim polliceris magnifici.*

Nom

Notà quartò,

Numeralia ſingulari carentia quem ſortiantur tonum, ſatis emergere ex eorum deſcriptione in Grammatica.

Nota quinto,

Tria illa pronomina recto carentia, ἐμαυτοῦ, σεαυτοῦ, ἑαυτοῦ per omnes caſus ita tono affici, ac ſi deſcenderent à recto acutitono.

Dumtaxat.

Apud Iones eadem omnia ſe habent, ac ſi orirentur à recto penacuto: ùt ἐμαυτοῦτέυ, ἐμαυτοῦτέῳ, σεαυτοῦτέυ, σεαυτοῦτέῳ, ἑαυτοῦτέυ, ἑαυτοῦτέῳ &c.

Nota ſextò.

Iones etiam pronominum οὗτος & αὐτὸς caſus omnes obliquos, ùt et rectos cùm duales tum plurales ita inflectere & tono induere, ac ſi rectos ſingulares haberent ὑτέος, αὐτέος· ùt τουτέυ, τουτέῳ. αὐτέυ, αὐτέῳ, &c.

Nota ſeptimò.

* *Quod etiam faciunt, cum pronomini addunt ιοτα Vid. l. 1. c. 17. reg. 1.*

Quòd Attici, quoties pronominis vocalem ultimam mutant in iota, aut illi ſubſcriptum iota ad latus affigunt, idem * ὀξυτονοῦσι Sic pro τοῦτο, τοῦτα, dicunt, cum indicant, τουτί, ταυτί· ſic etiam pro τούτῳ, τουτῷ.

Ariſto-

Aristophanes in Ranis. Οἴ μοι, πόθεν μοι ταυτὶ τὰ κακὰ ξυμπέπτωκε; i. *Hei mihi! unde mihi haec mala acciderunt?*

De τουτωΐ pro τύτῳ vide exemplum regulæ quartæ capitis hujus libri decimi tertij.

Nota octavò,

Nomina subsequentia partim ex hoc capite, partim ex primi libri capitibus 13 & 19 per omnes casus sic sortiri tonum.

Ἡ χώρα, τῆς χώρας, τῇ χώρᾳ, τὴν χώραν, ὦ χώρα, τὼ ὦ χώρᾳ, τοῖν χώραιν, αἱ χῶραι, τῶν χωρῶν, ταῖς χώραις, τὰς χώρας, ὦ χῶραι. P. 74. 35. 36.

Ἡ θυγάτηρ, τῆς θυγατέρος θυγατρός, τῇ θυγατέρι θυγατρί, τὴν θυγατέρα θύγατρα, ὦ θύγατερ, τὰ ὦ θυγατέρε θύγατρε, ταῖν θυγατέροιν θυγατροῖν, αἱ θυγατέρες θύγατρες, τῶν θυγατέρων θυγατρῶν, ταῖς θυγατράσι, τὰς θυγατέρας θύγατρας, ὦ θυγατέρες θύγατρες. P. 37. 72. 73, 75, 76.

Γυνὴ, γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γυναῖ, γυναῖκε, γυναικοῖν, γυναῖκες, γυναικῶν, γυναιξὶ, γυναῖκας, γυναῖκες. P. 74. 73. 35. 36.

Μήτηρ, μητέρος μητρὸς, μητέρι μητρὶ, μητέρα, μῆτερ, μητέρε, μητέροιν, μητέρες, μητέρων, μητράσι, μητέρας, μητέρες. P. 35. 36. 74. 76.

Ἡ σφαῖρα, τῆς σφαίρας, τῇ σφαίρᾳ, τὴν σφαῖραν, ὦ σφαῖρα, τὼ ὦ σφαίρᾳ, ταῖν σφαίραιν, αἱ ὦ σφαῖραι, τῶν σφαιρῶν, ταῖς σφαίραις, τὰς σφαίρας. P. 35. 36. 37. 40.

CAPVT

CAPVT 3.

De accentu fœminini & neutrius generis in recto ſingulari adjectivorum omniũ.

IN adjectivis (ſive ſint nomina, ſive pronomina, ſive participia) tonum maſculini generis in recto ſingulari ſequitur cùm fœmininum tum neutrum: id eſt, quam vocalem aut diphthongum tonus occupat in maſculino genere recti ſingularis, eandem, aut eam, in quam mutatur, occupat, idque idem tonus in ejuſdem recti cum fœminino tum neutro: ùt πονηρὸς, πονηρὰ, πονηρὸν· μέλας, μέλαινα, μέλαν· τύπτων, τύπτουσα, τύπτον.

Solummodò { *Adde.* / *partim* { *Excipe.*

Adde in genere,

Additamenta. Quatenus generales accentuum leges patiuntur.

Adde in ſpecie.

1 Quatenus patitur primi libri capitis ſecundi articulus ſeptimus. Hinc ἥμισυς, *dimidius*, ἡμίσεια, *dimidia*.

2 Quatenus ejuſdem octavus: ùt θῆλυς, *fœmineus*, θήλεια, *fœminea*.

3 Qua-

3 Quatenus ejusdem decimus quartus: ut εἷς, *unus*, ἕν, *unum*.

4 Quatenus ejusdem libri capitis 13 regula prima: ùt βέλτιστος, βελτίστη, ἡμέτερος, [a] ἡμετέρα.

5 Quatenus ejusdem secunda: ùt βραδὺς, [b] βραδεῖα, *tardus, tarda*: τιμήεις, τιμῆεν, *honorabilis, honorabile*: πυθεῖς, πυθεῖσα.

6 Quatenus ejusdem tertia: ùt γυναικεῖος, [c] γυναικεία.

[a] *Vide idem caput in regula generali 3.*
[b] *V. ibid.*
[c] *V. ibid.*

Hæc erant addenda. Sequuntur, quæ sunt excipienda.

Excipe igitur primò,

Quòd fœmininum genus duorum adjectivorum, nempe ἐλαχὺς *parvus*, λιγὺς *suavis*, tonum retrahit: ùt ἐλάχεια, λίγεια.

Excipe secundò.

Quòd nominum adjectivorum, quorum masculinum (seu potiùs commune) genus exit in ων, neutrum, polysyllabum si sit, retrahit accentum: ut ἀμείνων, ἄμεινον · ἐχθίων, ἔχθιον · εὐδαίμων, εὔδαιμον.

Sophocles in Electra. Βουλῆς γὰρ ἐσθλῆς οὐδὲν ἔχθιον κακῆς. i. *Nam consilio malo nihil est odiosius.*

Hesiod. teste Stobæo. Ὦ γῆρας, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποισιν εἶ Ποθεινὸν, ὡς δ' δαιμον, εἶθ', ὅταν παρῇς, Ἀχθηδών. i. *O senectus, quàm cunctis hominibus es Optata, tanqnam beata! deinde, cùm ades, Molesta.*

Excipe tertiò,

Quòd adiectiva composita in ης, quorum commune est παροξύτονον, in neutro tonum etiam retrahunt:

hunt: ut αὐτάρκης, αὐτάρκες· συνήθης, σύνηθες.

Menander Τὸ σύνηθες ἐθελοντὴν παροπτέον i. *Consuetudo nusquam est negligenda.*

Excipe quartò,

Quòd adiectivum χαρίεις, *gratiosus*, in neutro (tametsi aliqui refragantur) accentum (interdum saltem) retrahit.

Menander. Χαρίεν ἐστ' ἄνθρωπος, ἂν ἄνθρωπος ᾖ. i. *Gratiosa res est homo, si homo sit.*

Alius apud Stobæum. Λεωνίδας ἀκούσας ἐπισκιάζεσθαι τὸν ἥλιον τοῖς Περσῶν τοξεύμασι, Χαρίεν, ἔφη, ὅτι ὑπὸ σκιᾷ μαχούμεθα. i. *Leonides, audito, solem Persarum telis obumbrari, Gratum, inquit, quoniam sub umbra pugnabimus.*

CAPVT 4.

De accentu generis masculini in recto singulari adjectivorum comparativi & superlativi gradus.

Regula 1.

NOmina adjectiva comparativi gradus in masculino genere recti singularis, si in ων desinant, παροξύτονα sunt; si in ρος, προπαροξύτονα· ut χρείσσων, βελτίων· ἀλγεινότερος, σοφώτερος. Menander.

Menander. Ἁμαρτάνει δὲ καὶ σοφὸς σοφώτερος. i. peccat etiam sapientissimus.

Regula 2.

Nomina adjectiva superlativi gradus in masculino genere recti singularis, polysyllaba si sint, sunt περισπερόξύτονα · sin disyllaba, περισπωμένα. ut σοφώτατος; πλεῖστος.

Eschylus. Ἔξω ὀργῆς πᾶς ἀνὴρ σοφώτατος. i. Extra iram unusquisque sapientior.

Caput 5.

De accentu recti singularis in nominibus substantivis, & masculini recti in positivo gradu adjectivorum.

Sectio 1.

Primó.

DE accentu recti singularis in omnibus nominibus substantivis, & masculini generis in recto singulari positivi gradus adjectivorum contare potest ex Lexico; saltem sic potest, ut vix cuiquam possit ullo modo certiús: ex Lexico, inquam, Henrici Stephani, ut etiam ex (ejus compendio) Lexico Scapulæ.

Secundò.

Quemadmodum apud Latinos de omnium primarum mediarúmue syllabarum quantitate ex regulis constare nullo modo potest: sic nec apud Græcos ex regulis potest constare de accentu recti singularis in omnibus nominibus substantivis, aut recti masculini in positivo gradu omnium adjectivorum.

Tertiò.

Quæcunque nomina apud authores frequenter occurrunt (pleraque autem occurrunt frequenter) eorum toni ex mediocri authorum lectione addisci possunt: & cò nunc faciliùs; quia (ad multa quod attinet, ut non dicam pleraque) in quemcunque alium eorum casum inter legendum incideris, ejus ductu nunc ad accentum recti singularis, secundi capitis luce præeunte, sicut per rivulum ad fontem, pervenire poteris.

Quartò.

Sciendum tamen, quòd sunt cùm in substantivis, tum in adjectivis nôn pauca, quæ in significatione varia habeant accentum varium: ùt βίος vita, βιὸς arcus, πονηρὸς malus, πόνηρος laboriosus. Horum catalogum scripsit Cyrillus, si non potiùs Philoponus; qui conjungi solet cum Lexico Scapulæ: quem consule.

Quintò.

Sciendum item, quòd dialecti etiam varietas sæpè

pe variat tonum. V. G. Æoles accentum sæpe retrahunt: ùt pro καλὸς dicunt κάλος. Dores in quibusdam promovent: ùt pro φιλόσοφος dicunt φιλοσόφος, pro μόχθος dicunt μοχθός. Attici in quibusdam retrahunt: ùt pro ἀνεῳγὼς μεῶρος, pro δίκης δίκης, in quibusdam promovent: ùt pro ἔμοιγε ὁμοῖγε. pro ἔξοπισθον ὄπισθον.

Sectio 2.

De accentu recti singularis in nominibus, sicut apud Latinos de primarum mediarúmque syllabarum quantitate paucę regulæ tradi possunt; & eædem partim de substantivis, partim de adjectivis.

De substantivis.

Regula 1.

Substantiva monosyllaba generis neutrius, ùt & generum aliorum per contractionem monosyllaba facta in recto singulari πρᾶγμα ut πῦρ, παῖς, ῥῆς.

Regula 2.

Substantiva quartæ declinationis contractorum sunt omnia ὀξύτονα ut λιτὴ ἀλλὴς.

Regula 3.

Substantiva tertiæ contractorum in communi dialecto sunt ὀξύτονα, ùt Ἀχιλλεὺς Τυδεύς in Dorica & Æolica παροξύτονα, ut Ἀχίλλεις, Τύδεις.

Il. β. Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς. i. *Non est bonum multo-*

rum imperium : unus dominus esto, Vnus rex.

Regula 4.

Verbalia in μα, orta à prima singulari perfecti passivi, polysyllaba si sint, sunt περισπώμενα, ut πόημα, μέλισμα · si dissyllaba, * pro penultimæ quantitate παροξύτονα, vel περισπώμενα ut γράμμα, scriptum, τρῶμα, vulnus.

* Vid. l. 1. c. 13.

Euripides. ——— Παῖδες δὲ χρηστοὶ
Καλὸν τὸ θησαύρισμα, τοῖς τεκοῦσί τε
Ἀνάθημα βίότου. i Liberi boni Sunt pulcher
thesaurus, parentibusque Ornamentum vitæ.

Regula 5.

Eorundem verbalium diminutiva sunt περισπώμενα · ut δωμάτιον, domuncula, μελισμάτιον, cantiuncula.

Regula 6.

Substantiva in εια, formata ab adjectivis in ης, etiam περισπῶνται · ut ἀσεβεια, ἀλήθεια, pietas, veritas.

Duntaxat

Cum patiuntur Syncopen, παροξύτονα fiunt : ut ὑγίεια, per Syncopen ὑγεία, φιλοκέρδεια, φιλοκερδία.

Regula 7.

Substantiva in εια, orta à verbis in εύω, παροξύτονοῦνται · ut δουλεία servitus, πρεσβεία legatio.

De

De Adjectivis.

Regula 1.

Adjectiva in κὸς, aptitudinem ſeu potentiam ad aliquid agendum ſignificantia ἐξυτοῦσιν· ùt πολεμικὸς· ζωπυρικὸς,

Regula 2.

Adjectiva verbalia in τὸς παροξύτονα ſunt: ut γραπτὸς, λειπτὸς.

Regula 3.

Adjectiva compoſita à nomine & verbi præterito medio, ſi paſſivè ſignificant, περισπῶνται ſunt; ſi activè, παροξύτονα fiunt, ſi non & hi ſint ſubſtantiva: ùt λαόθρεπτος, *à populo nutritus*, πατρόκτονος, *à patre interfectus*: λαοτρόφος, *populi nutritor*, πατροκτόνος, *patris interfector*.

Sunt, qui de accentu recti ſingularis in nominibus ſubſtantivis, & maſculini recti in poſitivo gradu adjectivorum & alias regulas tradunt, eaſdemq; quàm plurimas; ſed eas partim non veras, partim, veræ ut ſint, [a]*adjectis vocabulis*, Sæpiùs, ùt plurimum, Ferè ſemper. *Hujuſmodi autem regulis lector aut innititur, aut non innititur. Si innititur, ut non ſemper erret; tamen (quia κατὰ πάντος non ſunt) ſemper errori obnoxius erit, non parùm ſæpè reverâ errabit. Quòd ſi non innititur, aut innixus ſi periclitatur, minori cum diſpendio celantur, quàm traduntur. Per univerſam quidem accentuum rationem ubicunque in una aliqua voce, aut toto aliquo genere uſus quandam ſibi aſſumpſit* [b]*libertatem, ibi hæ voces*, interdum, plerumque, ferè ſemper,

[a] Vi. Bailium.

[b] Scilicet tam non pingendi tonum, quàm pingendi, tam hunc, quàm illum, tam hîc, quàm illic, tam non inclinandi, quàm inclinandi. Vi p. 10, 11, 31, 55, 56, 29, 30.

per, & ſimiles locum ſuum habent, eundémque perneceſſarium, ut, quòd libertas ſit, & quæ, & quatenus ab eo ſibi aſſumpta, & proinde nobis indulta, intelligamus. A generali item regula ubi diſſidet aliqua ſpecies, ibi neceſſariò eſt ſubjungenda exceptio, licèt hæc καθ' παντὸς εἶδος neque ſit, neque poßit eſſe. Sed ubi horum neutrum occurrit, imò & ubi tam feliciter nos expedit Lexicon, ibi quàm plurimas regulas tradere, quibus lector quodammodo avocetur à Lexico, & cuncta alia authoritate, magiſtra certißima; & tamen non dare illi, ubi tutus inſiſtat, eſt (ut mihi videtur) ludere, ſi non deludere; & non tam docere, quàm ſeducere.

CAPVT. 16.

De accentibus pronominum.

Sectio 1.

De pronominum ſubſtantivorum accentibus per caſus omnes.

IN ſingulis caſibus pronominum ſubſtantivorum quæ vocalis aut diphthongus acūtum apud Grammaticos ſortitur in communi eorundem inflexione, eadem, aut ea, in quam mutatur, accentum ſemper ſortitur, idque eundem accentum, excepris excipiendis: ùt ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, Doricè, ἐμεῦ, σεῦ, εὗ, & Poëticè

ὁτικὲ ἐμεῖο, σεῖο, εἷο· in singulis vox quidem alteratur; sed tonus, aut toni locus non mutatur.

Sed addidi, exceptis excipiendis.

Excipe ergo in { *Primo.* / *Secundo.* / *Tertio.*

In primo pronomine substantivo Excipe,

Primò de ἐγώ.

Quòd pro ἐγὼ dicunt { Æoles ἐγών, accentu mutato. / Attici ἔγωγε, accentu retracto.

Il. γ. Ἀρνείῳ μὲν ἔγωγε, ἐΐσκω πηλεμάλλῳ. i. *Arieti ipsum ego assimilo velleris albi.*

Secundò de ἐμοῦ.

Quòd pro ἐμοῦ dicunt { Iones ἐμέο. / Attici { 1 ùt vult { Vrbanus, ἐμέοθεν, / Lascaris, ἐμεόθεν. / 2 per Syncopen, ἐμέθεν. / Poëtæ (ùt vult Camdenus) ἐμέθεν.

Odyss. τ. Ὄφρα καθεζόμενος εἴπῃ ἔπος, ἠδ' ἐπακούσῃ Ὀδυσεὺς ἐμέθεν. i. *Vt sedens loquatur hospes, & audiat me loquentem.*

Tertiò de ἐμοί.

Quòd pro ἐμοὶ Attici dicunt ἔμοιγε.

Il a. ——— Παρ' ἄμοιγε κ᾽ ἄλλοι, Οἵτινέ μ᾽ τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητιέτα Ζεύς i. *Apud me & alij, Qui me honore afficient, imprimis verò Iupiter consiliarius.*

Quartò de νῶϊ,

Quòd pro νῶϊ dicunt { Attici (vocem contrahentes) νώ. Tum vocem tum tonum mutantes { Dores ἄμμε. Æoles ἄμμε.

Bion Idyl. 5. Εἴαρ ἐμοὶ τειπόδατον ὅλῳ λυκάβαντι παρείη, Ἄνικα μήτε κρύος, μήθ' ἥλιος ἄμμε βαρύῃ, i. *Ver mihi jucundissimum toto anno adsit, Quando neq; frigus neq; sol nos gravat sive offendit.*

Quintò de ἡμεῖς,

Quòd pro ἡμεῖς dicunt { mutato, Iones ἧμεες. tum mutato tum retracto { Dores ἄμμες & ἄμες. Æoles ἄμμες.

Sextò de ἡμῶν,

Quòd pro ἡμῶν dicunt { Iones ἡμέων, Poetæ ἡμείων. Dores ἀμέων. Æoles { ἀμμέων. ἄμμων.

Septimò de ἡμῖν,

Quòd pro ἡμῖν dicunt mutato { accentu, { Poëtæ ἡμίν. Dores ἀμίν. loco, Attici ἦμιν. & accentu & loco, { ἄμμι ἄμμιν. Æoles tum

Bion

Bion. Idyl. 5. Εἰ μὲν γὰρ βίοτῳ διπλόον χρόνον ἄμμιν ἔδωκε. 1. *Nam si vitæ nobis duo tempora dedisses.*

Octavò de ἡμᾶς,

Quòd pro ἡμᾶς dicunt { Iones ἧμέας. Æoles (ùt vult Camdenus) ἄμμας.

Excipe in secundo pronomine substantivo.

Primò de σοῦ,

Quòd pro σοῦ, unâ cum voce mutato & tono { Iones σέο. Attici { σέοθεν. & per Syncopen σέθεν.

Il. α. Φέρτερός εἰμι σέθεν. 1. *Te sum præstantior.*

Secundò de ὑμεῖς,

Quòd pro ὑμεῖς dicunt { mutato, Iones ὔμμες. & retracto & mutato { Dores { ὔμες. ὔμμες. Æoles ὔμμες.

Il α. Οὔτι μοι ὔμμες αἴτιοί, ἀλλ' Ἀγαμέμνων. *Nequaquam mihi vos in causa estis, sed Agamemnon.*

Tertiò de σφῶϊ vel σφώ.

Quòd pro σφῶϊ vel σφὼ (*vos duo*) in totum mutato etiam vocabulo, dicunt Dores ὔμμε, Æoles ὔμμε, factum a plurali suo ὔμμες, ὔμμες.

Quartò

Quartò de ὑμῶν,

Quòd pro ὑμῶν dicunt
- Iones ὑμέων.
- Poëtæ ὑμείων.
- Æoles ὑμμέων. / ὕμμων.

Quintò de ὑμῖν.

Quòd pro ὑμῖν dicunt
- Poëtæ ὑμίν.
- Æoles ὔμμιν. / ὔμμι
- Dores ὔμμιν. / ὔμμι.

Theocrit. Idyl. 2. ——— Ἐ'γὼ δ' ὔμμιν κ) ὀ'ς ὕστερον ἄδιον * ἄσω. i. Ego verò vobis & in posterum dulcius canam.

*Doricè pro ἄσω V. c. 8. in excep. 4. de modo indicativo.

Sextò de ὑμᾶς,

Quòd pro ὑμᾶς dicunt
- Iones ὔμέας.
- Æoles ὔμμας.
- Dores ὔμμας.

Theocr. Idyl. 2. Πάντως κ) πελέκεις κ) λαμπάδες ἰῶν δον ἐ'φ' ὑμέας. i. Omninò & bipennes & faces venissent ad vos.

Excipe in tertio pronomine substantivo.

Primò de σφῶν,

Quòd pro σφῶν dicunt
- Iones ἐο.
- Attici ἑοῖν. & (per Syncopen) ἐῖν.
- Poëtæ (si credimus Camdeno. ἔων.

Secundò

Secundò de οἵ,

Quòd pro οἵ Iones, saltem Poëtæ dicunt ἕοι· ut ἕοι αὐτῷ, *sibi ipsi*, apud Homerum.

Tertiò de σφῖς,

Quòd pro σφῖς dicunt { Iones σφέες. Dores σφέ.

Quartò de σφῶν,

Quòd pro eo dicunt { Iones σφέων. Poëtæ σφείων.

Quintò de σφᾶς,

Quòd pro σφᾶς { Ionibus σφέας. & interdum σφεάς. Dores, in totum mutato & vocabulo & tono, ἑέ. Poëtæ σφί.

Odyss. μ. —— Αἳ ῥά τε πάντας Ἀνθρώπους θέλγουσιν, ὅ, τις σφέας ἐσαφίκηται. i. *Quæ (scilicet, Syrenes) cunctos homines demulcent, quicunq; ad eas venerint.*

Sextò de σφισί,

Quòd pro σφισὶ reperitur aliquando σφίσι.

Sectio 2.

De accentu pronominum adjectivorum.

Primò.

PRonomina adjectiva in masculino genere recti singularis, hyperdissyllaba si sint, σεσαροξυτονοῦνται.

νοῦντες· si secùs ὀξυτονοῦντες· ùt ἡμέτερος· ὑμέτερος· * ἑός· ὅς· σός.

*Terentius dicit τεὸς & ἑὸς pencui: sed usus contradicit.

Excipe,

Quòd σφετεροκτόνους ponunt.

- ex hyperdissyllabis unum, ùt ἐκεῖνος.
- è dissyllabis ἕσσα.
- quatuor, ùt Poëticum κεῖνος pro ἐκεῖνος.
- Doricum τεῦνος pro ἐκεῖνος.

Secundò.

Accentum fœminini & neutrius generis in recto singulari pronominum adjectivorum docuit caput tertium.

Tertiò.

Rationem toni in omnibus alijs casibus pronominum adjectivorum docuit caput secundum.

CAPVT

CAPVT 7.

Accentuum ratio in omnibus personis verborum omnium cùm simplicium, tum compositorum, excepta secunda singulari in modo imperativo, & prima singulari in modis reliquis.

ACcentum secundæ personæ singularis in temporibus modi imperativi, & primæ singularis in temporibus modorum reliquorum sequuntur reliquæ omnes personæ ejusdem modi & temporis per numeros omnes: hoc est, quæ vocalis aut diphthongus tonum obtinet in secunda persona singulari temporum modi imperativi, & in prima singulari temporum modorum reliquorum, eadem, aut ea, in quam mutatur, tonum obtinet, idque eundem tonum, in reliquis omnibus personis numerorum omnium: ùt τύπτω, τύπτεις, τύπτει, τύπτετον, τύπτετον, τυπτόμεν, τύπτετε, τύπτουσι. Τύπτω, τυπτεῖς, τυπτεῖ, τυπτεῖτον, τυπτεῖτον, τυπτόμεν, τυπτεῖτε, τυπτοῦσι. Πάρειμι, (adsum) πάρ, πάρεσι, πάρεστον, πάρεστον, πάρεσμεν, πάρεστε, πάρεισι.

Duntaxat partim Adde, Excipe, Nota.

Adde in genere.

Quatenus licet per accentuum leges generales. *Addite. Adde mente.*

Adde in specie.

1 Quatenus licet per primi libri capitis secundi articulum septimum. Hinc τέτυφα, τετύφαμεν· τέτυμμαι, τετύμμεθα, accentu non mutato quidem, translato verò, ne præcedat antepenultimam.

2 Quatenus per ejusdem capitis articulum octavum. Hinc à τυπτω fit τυπτήσομαι, tono à sede non moto, ipso autem mutato, quia circumflexus non cadit in antepenultimam.

3 Quatenus per ejusdem decimum-quartum. Hinc ab εἶν (*ibam*) fit εἶς, εἶ in singulari; sed in duali ἴτον, in plurali ἴμεν, ἴτε, ἴσαν, quia circumflexus non cadit in syllabam brevem. Hinc etiam à τυπτω fit τυπτέω, quia circumflexus non cadit nisi in syllabam naturâ longam.

4 Quatenus per primi libri capitis decimi tertij regulam primam: ut τύπτω, τυπτέω· ἔτυπτον, ἐτυπτέτην· in utroque exemplo accentus idem remanet; sed in primo promotus in syllabam sequentem, in secundo etiam ultra proximè sequentem, quia ultimâ productâ accentus nequit esse in antepenultima.

5 Quatenus per ejusdem capitis regulam secundam: ut τυποίμην, τυποῖο, τυποῖτο. Locus toni idem est; sed propter ultimam brevem acutus mutatur in circumflexum.

6 Quatenus per ejusdem tertiam: ut τυποῖμι τυποῖτην. Locus iterum idem: sed propter ultimam longam circumflexus mutatur in acutum.

Hæc erant addenda. Sequuntur excipienda.

Excipe.

Excipe igitur { *Generaliùs.* / *Specialiùs, nempe in peculiaribus quibuſdam dialectis.*

Generaliùs

Excipe primò,

Quòd in Imperativi medij aoriſto ſecundo ſecunda perſona tum dualis, tum pluralis accentum retrahit: ùt τύπτοῦ, τύπτεσθον, τύπτεσθε.

Excipe ſecundò.

Quòd in preſenti indicativi activi verborum regularium in μι tertia pluralis tonum promovet, mutátq; in circumflexum: ùt τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, ζεύγνυμι, τιθεῖσι, ἱστᾶσι, διδοῦσι, ζευγνῦσι.

Duntaxat

1

In dialecto Æolica ſequitur primam ſingularem: ùt τιθέντι, ἱστάντι, διδόντι, ponunt, ſtant, dant. In Ionica etiam antepenultimam acuit: ùt τιθέασι, διδόασι. In Dotica acuit penultimam: ùt τιθέντι, ἱστάντι.

2

Verbi ἄημι (*ſpiro*) tertia pluralis etiam in communi dialecto refert primam ſingularem: ùt ἄουσι *ſpirant.*

Excipe

Excipe tertiò,

